



8426

167-1

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10



TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΙΣΟΔΙΑ.
THE MVSES WELCOME
TO THE HIGH AND
MIGHTIE PRINCE
Lauderdale JAMES Poetry ⁴⁴
BY THE GRACE OF GOD
KING OF GREAT BRITAINE
FRANCE AND IRELAND,
DEFENDER OF THE FAITH &c.

AT HIS M: HAPPIE RETURNE TO HIS
OLD AND NATIVE KINGDOME OF
SCOTLAND, AFTER XIII. YEERS AB-
SENCE IN A^{no} 1617.

O^o Βασιλεὺς ὁ πόλιος ἀκόματος.

Soli sic pervius orbis.

EDINBURGH,
Printed by Thomas Finlason, Printer to his most
excellent Maiestie. 1618.

SERENISSIMO
POTENTISSIMO.
QUE PRINCIPI AC
DOMINO NOSTRO
IACOBO.

DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCÆ &
Hibernia REGI, Fidei defensori &c.

Auguſtissime & Potentissime Rex,



Usatum hæc *Augustissimæ & Potentissimæ*, à suis pri-
mum Authoribus elucubrata & scripta,
deinde (quia non indigna Majestati
tuæ visa sunt) à mè conquisita, on-
gesta, & conscripta; nunc tandem M.
tuæ inscripta prodeunt in lucem: nec
Theoninos invidiæ mortus metuunt,
quum ad Numen tuum, unicum Tu-
tanum suum, confugiant: quinimò tutissimum sibi pollicentur
perfugium sub patrocinio tam potentis & eruditæ PRINCIPIS,
& id quidem non immerito, quum tua sint omnia; à devotissi-
mis subditis tuis, de præclarissimis virtutibus tuis, singula M. tuæ
dicta, scripta, data aut consecrata. Ideoque confidunt eâdem vul-
tus serenitate accepturam M. tuam insimul nunc omnia, quâ prius
audita, lecta, aut visa sunt singula: Præsertim quum publica hæc
de meritis erga se tuis Populi tui testimonia, monumenta futura
sint ad æternitatem gloriae tuæ plûs omnibus Colossis & Trophæis
valitura; quumque ex iisdem modò intellectura sint extera Regna
tuam

tuam SCOTIAM sub REGIS eruditissimo non ineruditam, erga Regem optimum optimè affectam; & ventura deinceps secula visura sint, IN HOC RARO EXEMPLARI, quibus virtutibus Reges insigniri, quibus animis Subditi affici debebunt. O beatos Principes, qui IDEAM OPTIMI PRINCIPIS ISTAM expressuri sunt, felicitatem Regem, qui tales se proponit imitandum! Quibusdam fortasse serò videbitur hoc Symbolum exivisse; sed, ut viris etiam oculatissimis visum est, si citius exivisset, non exivisset tempestivè: quorsum enim monumenta rerum præsentium & oculis obversantium? nunc verò, quum penè exciderit, renovabitur progressus tui non sine delectatione recordatio; & legendis istis jam quasi secundò M. tua SCOTIAM perlustrabit. Quæ mea hic fuerit opera, quamque ego sedulò partes mihi demandatas obierim, omnium optimè norunt meritissimus *Candidus Cesa Episcopus*, qui in cunctis consilio præfuit, & *Patricius Sandanus*, qui in non paucis adfuit auxilio. Me verò nec impensi laboris poenitebit, nec tuo iustu graviora adire pigebit, si hanc operam à me suscepimus intellectero Majestati tuae gratam & acceptam.

*Serenissima Majestatis tuae
subditus, servusq; devotissimus,*

JOANNES ADAMSONUS.




A DEDICATORIE TO THEIR MOST MAGNIFICENT KING,

From the Lovers of learning.

 Ho with sweet layes (O KING) would please thyne eare,
Or make thy glorie more by verse appeare,
Hee with a Torch should seeme to cleare the day,
And with a teare enlarge the groundlesse sea:
For not inspyr'd by Phœbus men Thee deeme,
But gold-wing'd Phœbus selfe they Thee esteeme,
Nor didst thou drink of Aganippe Well,
But thou à Spring art where Jones daughters dwell,
In which grave Pitho with each fair-hair'd Howre,
And blew-ey'd Pallas all their Nectar powre:
Yet thus much wee, the Muses nurslings, would,
Though not as thou deserv'it, yet as wee could,
In this glade tyme, when now, by thy Repaire
To these deare bounds where first thou sucked aire,
Joy over-joy'd in formes confus'd appears,
And maks old age amaz'd of Asons yeeres,
As was oure dewtie, humblie to Thee bring
These lines, à gift but small for such a KING,
Save that wee know, what all the world doth know,
That thou canst small things take, as great bestow;
Which is the rarest, too and richest Gemme,
That can adorne a Princes Diademe.

¶ Done out of the grecian.





2

THE MUSES WELCOME,

studuit se unumquemque, ut ipse esset patris, pater esset ipsius; neq; contra naturam, neq; ab equo & bono alienum fuit. Quis unquam *Hectori* virtutem vertit, quod pro patre, & patria plus sudavit, aut pugnavit fortius? Tu nobis *Priamus*: nos tibi *Priamida*: *Hectorem*, quam *Paridem* imitari quantum magis pium, tanto *Priamidis* laudabilius, *Priamo* gratius, & salutarius. Si quibus ergo placet certare, utri amemus sincerius, obsequiamur paratius, hostes oderimus infestius; facile patimur, sed non ut facile vincamur. Unum est nostrum proprium, quod licet omnes omnia agant, nunquam efficient, ut non sit nostrum. Nos haec tenus per duo ferè millia annorum soli fuimus majorum tuorum; illiq; nos respiciebant solos. Si labores & sudores, si frigus & famem, si incommoda, & pericula, quæ illi pro nobis, nos pro illis hausimus, enumerare velim; dies me, quid dico? imò annus, imò & ætas deficiet prius quam oratio. Hoc summatim dicam, ac vere dicam, nullam esse gentem in qua illi sibi exempla videas, in R I G I B U S virtutis & consilij, in populo pietatis & officij. Ita in principio convenerat; ita à duobus ferè millibus annorum pactis & conventis statum est; Quod haud scio, annullagens, ex Europæis, scio, nulla gloriari potest. Cum SCOTI in vacuum hujus insulae ex Hibernia & AEBUDIS priimas colonias deduxerunt; PIETI qui ad eos maternum genus referabant, imprimis lati excipiebant. Deinde crescente sobole, sive metu, sive invidia, indignati, queri, fremere. Brittones utrisq; & quæ infensi, quod in sua invasisse existimârunt (quamvis multitudo nondum eò creverat, ut angulum aliquem insulae plenis colonis occupare possent) flamمام incendio addunt, & auxilia pollicentur. Hic SCOTI, qui tum sine Rege, sine Legi vivebant, oportuni injuriis ad rem desperatam ex Hibernia gentilem suum Ferchardi Regis filium accersunt. Ille convocato voluntario milite, ut suis succurreret, continuò advolat. Ut venit, quæ fuit solertia, totum hoc quod fuit periculi à fraude Brittonum ortum esse comperit, & PIETI aperit. Non SCOTI tantum peti: pulsis SCOTIS eos esse solos: alteros in alteros incendere: ut hos viatos, illos fractos, ambos possent perdere. Brittones hac spe dejecti ex Pictorum agris per furum prædas agunt: repetentibus respondent, & quius esse a SCOTIS qui latrociniis vivebant (ita convitiari placuit) quod furtum factum erat, reponscere. Hinc illi, alteri damno, alteri convitio irritati, conjunctis copiis fines Brittonum invadunt, & quicquid ferri, aut agi posset, distrahunt. Isti ut vicem redderent, collecta manu in fines SCOTORUM incurvunt. SCOTI convocatis etiam sociis de consilio FERGUSII (id Reginom fuit) servato tempore, castra hostium de nocte invadunt; & Regem (Coilo fuit nomen) cum magna parte militum occidunt. Ergo ab auxiliato principio Regem creant, jurantq; Se nullum unquam REGEM, nisi ex illius

TO THE KING'S MAJESTIE.

3

ex illius stirpe toleraturos. Hoc fecundus DEUS divino nutu ita probavit; ut nullis armis, neq; Brittonum, neq; Saxonum, neq; Pictorum, neq; Danorum, neq; Normanorum, neq; Romanorum, qui reliquam Europam domuerunt, rescindi posset. Primus Romanorum impetus in CORBREDUM GALDUM circa centum post CHRISTUM annos fuit, duce *Agricola*, viro non minus manu, quam consilio prompto. Ille genere armorum & militiæ aliquot prælinis inferior, locorum difficultate se suosque tuebatur. Sed revocato *Agricola*, dici non potest, quanta celeritate amissa recuperarit, & damna rependerit. Ab hoc principio per trecentos amplius annos contra tantum hostem sua defenderunt, & mala illata retulerunt; ut, quod nusquam alibi leguntur fecisse, imprimis *Adrianus*, deinde *Severus*, muro, cuius vestigia adhuc visuntur, se suosq; ab indomiti hostis pertinacia separarint. Simile fuit *Danorum* odium; sed eventus dissimilis. Nam post octo infelices excensiones ducum fortissimorum, militis (ut ipsi putabant) invicti: jurârunt se nunquam iterum infestis animis, & armis SCOTIAM ingressuros. Pictorum amicitia, nunquam satis firma, saepe in bellum, bis in exitium nostrum exarsit. Quod semel Romanorum, iterum Saxonum copiis freti, tantum non perfecerunt. Cum Romanis nomen SCOTICUM tota insula viginti septem annos exegerunt. Cum Saxonibus ALPINUM Regem, ad quem jure hereditis illorum sceptrum pertinebat, occidunt; & Abernethi, quod caput gentis fuit, caput illius conto ad ludibrium exponunt. Hac clade percussos Proceres KUNETHUS secundus, qui patris successit, cum nec precibus, nec argumentis in ultionem posset accendere; personato tanquam ex coelis nuncio, tantam spem victoriz injecit, ut totam gentem præter paucos, qui ad Osbrethum & Ellam potentissimos eo tempore Anglorum Reges fugerunt, raditus extirparit. Sed haec ut mittam (neq; enim animus est, neq; tempus patitur omnia persequi) Normanorum odium, an spem dicam, non possum præterire. Nam *Guilhelmus*, qui à devicta Anglia nomen sortitus est, rebus succendentibus felicius, quam sperare, aut penè optare posset; MILCOLUMBO (istum rerum in SCOTIA potiebatur, vir sanctissimus, & fortissimus) bellum denunciat, ratus armis suis nil posse resistere. Causa prætendebatur, ni *Edgarum* redderet. Is erat *Edwardi* ex *Agatha* Hungari filius; *Edmundi* Anglorum Regis nepos; ad quem regnum illud jure pertinebat; quemque Normanorum vim fugientem, & tempestate in SCOTIAM actum MILCOLUMBUS hospitio accepit, & conjugio Margarite sororis in affinitatem etiam adsumplerat. Verum tribus exercitibus fusis, & rebus Anglico nondum satis confirmatis, veritus ne illi arma, & animos resumerent; pacem fecit. *Edgaro* ex pasto in Anglia amplissimos agros; & *Voldofio* Sibardi Northumbri filio sororem suam uxorem dedit

A 2

THE MUSES WELCOME,

dedit; unde nata *Mathildis Davidis* Regis conjunx, cuius jure Nor-
thumbria *Scotorum* facta fuit, quæ res multorum, & magnorum
bellorum causa exstincta. Itatum reslopita. Sed spes ad suam di-
tionem addendi *Scotiam* non tum deleta. Hæc non semel refusit:
Sed *Edwardo* primo penè emicuit. Omnes enim iste *Scotos*, præter
Vallam, & paucos privatos homines, qui à Regis fide nulla vi possent co-
gi, armis, & minis, & malis domuit. Nam *Ioannem Balliolum* regni quā
honoris cupido rem spe regni in verba sua adegit: & deinde contumeliam
à se alienatum armis vicit, *Londonum* traxit, & regno exuit. Quis jam pu-
taret unquam fore, ut sceptrum *Scotia* ad legitimas manus rediret?

Nam *ROBERTUS BRUTIUS*, quicum *Baliolo* regnum petebat, *Ed-wardi* sententia, cui communī competitorum voluntate judicium per-
missum est, victus, omnem spem regni abjecerat, & *Edwardi* partes con-
tra *Baliolum* summo studio sequebatur. Sed hīc divine voluntatis consilium,
sicubi unquam, luculenter apparuit. Nam primum à *Valla* moni-
tus, & post à *Cuminio* in fraudem illectus, coactus est *Edwardum* relinque-
re. Sed contra tantum hostem adeò infirmus, ut primis aliquot annis ad
eas redactus esset miserias, unde nemo crederet emersurum; in sylvis sa-
lutem quereret, & tandem apud nescio quem amicum sepultus lateret,
usq; dum amici simul sperare, & inimici metuere desinerent; penitus pe-
riile putaretur. Hinc tanquam ex nebula erumpens, aliquot arces secu-
tores, quām tutiores occupavit: & ad famam rei confluente populo,
Cuminio, quem *Anglus* rebus *Scoticis* præficerat, tantum terroris injecit,
ut non auderet fortunam experiri. Ad hos motus réprimendos dum *Ed-wardus* se parat, moritur. Reliquit *Edwardum* filium, & regni & belli
heredem. Hīc per *Angliam*, *Galliam*, *Flandriam*, quācunque ejus nomen
patebat, edicit se *Scotorum* nomen deleturum, & sequentibus se co-
rum agros, & opes daturum. Unde ingens ad eum tanquam ad præ-
dam, non ad prælium, multitudine undique confluit. *ROBERTUS* pro vi-
ribus se contrā comparat. Infirmitatis conscientia cautum facit. Locum
ne circumveniatur deligit; adeoque sceliceriter pugnat ut ingentem illam
multitudinem funderet; Regem fugaret, cogeretque, qui tantas copias
duxerat, in cymba piscatoria salutem petere; *Scotis* pristinam liber-
tatem restituere, & omni jure, quod pater in eos arrogaverat, cedere.

Hæc ego non idè tantum commemoro, ut homines videant, quām
ratum *DEO* fuerit fœdus nostrum cum majoribus tuis: sed etiam, ut,
si qui volunt nobiscum de pietate in te contendere, intelligent, nos, qui
tanta fortitudine majoribus tuis operam navavimus, non minorem tibi,
cui majorem debemus, navaturos. Illi bella fortissimè gesserunt, & ma-
la minantia optimo consilio, pertinaci labore, & scelici eventu propule-
runt

TO THE KING'S MAJESTIE. 5

runt. Tu bona pro quibus illi bella gesserunt, sine bello impertiris. Quan-
tò pax bello, otium negotio, quies labore gravior; tantò plus tibi, quām
majores majoribus debemus. Duæ sunt Regum summorum summae lau-
des; altera à bellis, altera à pacis artibus; utraque necessaria. Pax sine bel-
lo injuriis opportuna; bellum sine pace nullo malo non importunum. Qui
nisi pacem colit, ut bellum caveat; bellum gerit, ut pacem gignat; non-
dum didicit quid sit *R E G E M* esse. Nam pax per se est bona, bellum prop-
ter pacem. Pax cujus causa bellum bonum, tua (*Rex illustrissime*) est pro-
pria. Tecum nata, & educata unā cum etate accrevit simul. Quo primo
tempore ex ephesis excessisti, belli incendiū (nam bello intestino tum
flagrabat *Scotia*) extinxisti; odiorum semina extirasti; gratiam conciliasti;
& (ut verbo dicam) pacem publicè & privatim, domi & foris,
etiam invitis obtrusisti. Vicinos, quibuscum nobis antè continenter bella,
conjunxisti. Quibus cœlum, solum, vita, lingua, fides communis; quo-
rum mores conveniunt, quorum commercia penitus totò divisit orbe O-
ceanus, tu (ea nascendi fors fuit) etiam sceptro coniunxisti. Quod *Xeno-*
phon de Cyro prædicat, ἐνθα δέ τις τοιούτων οὐδεὶς ἀπεξόλει, si verum est,
post *Cyrum* ante te nondum verum fuit. At te ipsi vidimus ita vitam in-
stituisse, ita sceptri auctoritatem temperasse; ut *Angli*, gens non minus
opibus florens, quām numero & invicto milite potens, Regem sibi
etsi tuo jure, tamen summa sua voluntate libentes & lētantes adoptā-
rint. Antè nihil quidquam cuiquam erat proprium. De nocte latrones,
de die hostes agebant, & ferebant omnia. Nunc licet per quietem somnū
capere; nunc licet suo cuique frui: ut qui hæc tibi non accepta ferat, indignus
sit te, indignus sit bono tuo. Nos, si qui volunt his officiis nobiscum
contendere, non committemus, ut qui olim fuimus tui soli, nunc inter alios
non simus tuissimi. Gratus ergo tuis omnibus redditus tuus, *Humi* grati-
tissimus. Quorum gens, quām lētis animis oculos tuos intueatur; coro-
na, quam vides, monstrat. Quorum Princeps, quām arētis ulnis Majestatē
tuam accipiat, non opus dicto, facto ipse clarius quām dici potest,
ostendit. In quo si quid aut votis suis, aut Majestati tuæ non responderit,
veniam rogat.

*Nam neque corda sonum reddit, quem vult manus & mens,
Nec semper feriet, quodcumq; minabitur arcus:*

Illam tibi summam habet gratiam, quod ultimò abiens, primò redi-
ens, ædes suas præsentia tuā dignaris illustrare. Qua fide & constantia
sceptri tui Majestatem coluerit: quibus officiis, quibus periculis suis &
suorum ab occulta fraude, & aperta vi perfidorum defenderit; non est
opus teste ut probem; tu ipse testis probus. Dixi.

THE MUSES WELCOME,

The Kings Majestie hauing heard the preceding speach,
these Poësies were deliuered.

ENIBATHPION.

Expectate diu, tandem nos numina voti
Dammavere reos, reducemque dedere tueri
Quem toties exposcit amor: nec vanatuorum
Spes, quanquam longis inter suspiria curis
Anxia, continuis forit sua gaudia votis.
Jam bis septenas fibi Grampius induit acri
Concretas algore nives; totiesque tepentes
Frigora laxarunt Zephyri, & genitalibus auris
Vere novant sylvisque comas pratisque colores;
Orbatuo, cœl luce sua, dum SCOTIA vultu
Languet, & offusas jam tot suspirat ab annis
Luminis erexit tenebras noctemq; morantem.
Tefuerit quam dulce frui, gens omnis & atas
Sensit: te Proceres, te Plebs Patresque togati
Sepe redonari patriæ volvère: nec unquam
Consensu majore animi caluere tuorum
In vota, aut studium visendi Principis ardor
Acrior accedit. Non sic mens agrâ paventem
Sollicitat matrem, longo cui distinet austro
Æquore cunctantem natum, dum grata reposcit
Debita depositi, & tardi spem sustinet anni;
Ut nos cura tui tot jam tenet anxia lustris.
Dum meminisse juvat quantis praesente bearis
Te tua nos fortuna bonis; quantoq; soleres
Eloquio mulcere animos, pacemque tueri
Consilio; precibus facile placabilis iras
Ponere; inoffenso moderari jura tenore.
Ipsum etiam natale solum patriaque penates
Deliciis caruisse suis, tantaque queruntur
Tedia lenta mora: campi colle que ferarum
Depasti turmis, & quos indagine cinctos
Exercere tuis saltus sudoribus, & vi
Plenus adhuc, fremituque canum, studiisq; sequentum

affuer-

TO THE KINGS MAJESTIE.

Affueras, gratis desueta laboribus horrent
Lustra suis populata feris, exesaque sylvis
Arbuta, & arcana nemorum squalere recessus.
At nunc incolumem, & sceptris majoribus auëtum
Fortuna cœlique bonis, pacisque triumpho
Insignem, fibi dum reddidit natalibus oris
Aspiciunt, posito renovant sua gaudia luctu
Omnia. Pubentes solito se latius ornant
Frondes novâ sylva; campi colle que como^s
Luxuriant cultu: non sic Junonius ales
Stellatis varios pennis discriminat orbes,
Aut picturatum variat Thaumantias arcum;
Multiplices mutat pratis ut Flora colores:
Vnde fibi intexant crines, fertisque coronent
Nympharum chorea; dum te Pæane canoro
Montibus & sylvis resonant; talemque tueri
Venantem exposcent, qualem stupuere calentem;
Lassantemque feras; sudato & pulvere semper
Majorem: qualem non Olfa aut Pelion ingens
Pelidem, Idaus non vidit Oriona saltus.
Blanda nec humanis cœli indulgentia votis
Concedit. Zephyri affirant, ducuntque benigno
Astra situ: vernis ridet tibi solibus aether.
En ut Fortha trahens populares auctior amnes
Accurrit, positisque minis, tibi murmure leni
Crispat aquas, stratis cui plenior obviat vndis
Oceanus; Phorci Tritonumque agmine ducto;
Latumque eqnoreo perfusus nectare vultum;
Quo ventos hyemeque premit, cœlumque serenat.
Nec Glotta his cessisse velit; vel Tueda, Tausve,
Ut possent reducem amplecti dominumque mereri.

Quid populos vrbesque loquar, Proceresque Patresque
Obsequiis certare piis: dum debita reddunt
Munia, que magnum est nostro concedere amori,
Sed maius meruisse tuum, & voluisse mereri.
Cujus amor pietasque foveat, prudentia magnum
Imperium cura solerti in pace ministrat.

Quid memorem hac inter communia gaudia, quo te
Privatum studio votoq; expectet EDINUM?
Dilectumque sui Pignus suspireret amoris.

THE MUSES WELCOME,

Nascentis cui prima tua spiracula vita
Excepisse datum, & toties sensisse favorem:
Hinc amor, hinc justi semper reverentia/ceperis;
Et quæ supplicibus tibi pulvinaria votis
Usque calent; dum tu tanta quoq[ue] pace tueris
Respicis, & vultu præsens dignaris amico.
Quid referat nescit, nisi quam cum ciuib[us] urbem
Jam pridem tibi devovit, Regique Patrique
Perpetuis sacret obsequiis, & numina votis.
Sollicitet; qua tot sceptris, tantoque bonorum
Te cumulo ornârunt, multos feliciss annos
Indulgere velint, & qua pietate tueris
In terris pacem, dent tandem posse inereri
Eternam coelo placida cum pace quietem.
Nec causa Aonidum levior vel cura sororum
Letitia in partem assumi: que protinus ortus
Excepere tuos, tibi formaverè juventam,
Et plenos fudere sacro de fonte liquores:
Et quem Parnassi natum fouere sub antris
Jam patrem agnoscunt, praes cui cedat Apollo;
Si ve modos numerare velis, si ve ore soluto
Ducere quo libeat populos: nec parciors ipsas
Dextra fovet Musas: non debita premia defun*t*
Virtuti, aut meritis: sic te fecunda patrono
Ingenia affurgunt; qua tot miracula mundo
Fortuna præclarata non visa priori,
Virtutesq[ue] aquas fortuna in secula didant.

JUDICIUM INCERTUM POSSIT (REX MAGNE) VIDERI,
Vita evolventi filarem sensatus,
Plus tibi contulerit fortuna, an mascula Pallas,
An, quite nobis, nos tibi, juncxit amor.
Casibus erexit magnis fortuna sub ortu
Te primo scepteris servat, & ista tibi.
Ævi maturo cumulat diademata, & uni
Imperium donat, nemo quod ante tulit.
Ingenium vivax Pallas, menteisque sagacem,
Vim culti eloquii, consiliumque dedit.
Discordes animis populos & moribus olim
Vnanimi per te federe nequit amor.

Idem

TO THE KING'S MAJESTIE. 9

Idem sic tota sedet tibi pectore vita;
Vt præter pacem nil coluisse velis.
Nunc etiam reditum in patriam persuasit: & altos
Latantis Patriæ pandit ubique sinus.
Sic te per seros traducta stirpe nepotes
Hec tria perpetuo fædere nexa beent.

ADAMUS REGIUS.



Asaribus quondam posuit quos Roma triumphos,
Augusto hos reduci SCOTIA late suo.
Sed magno majora auso que digna Monarcha,
Quæ tulit in vietata tantæ tropheam manu?
Ante triumphales currus Ecclesia preses,
Justitia & Pietas cingit utrumque latus.
Inter regales fulget Clementia turmas,
Virtutum glomerans agmine tota cohors.
Relligionis apex pura, Babylonica pellex
Vindice quo Herculeo robore vieta jaceri.
Ingredere O felix multum, felicior exi,
Si Phœbi radiis non licet usque frui:
Et quam optatus ades, Regum lux maxima, tanto
Major & eclipsis, noxque recessus erit.

R. C.

Εχαρηντος τὸν οὐρανὸν δύο μετά τὸν μεγάλων
ΙΑΚΩΒΟΥ τῆς μέγαλης Βρετανίας;

Ecclipsis φάτισμα Παλαισικόν εἶνετεν, ἡρῶ
Ητε πατρῷον μίνθηκεν θεοκλογού ικονόμον,
Αιφολέρα τίγχος φύλαξ, μυριοῖσιν ἀγάσσεις,
Διπτυχα σημάντων τάσσει δίκαια νέμεται.
Ησαῦ ἀντίτυχον μίνθετε, Λευδάνυμον ἀνδρα
Απλίθεον, θεμιτές τραγοῦδια φέρεται.
Πρέτα Ρωμαίους δολερῶς τραγοῦδια φέρονται,
Δαίμονος ἱμέρτην ἀντιπάλοιο μούνη
Πίπλες ταῦδε τελαγὸν ἀπό βύλας θεσπιστοιο,
Παπποπάλης κρατερὸς τ' ὀικουμένης τ' αγαθός.

Ιλερμ. Στρατόρες.

Ε
REGI

R E G I S V O,
SCOTIÆ GRATULATIO.



Rgo ades, ô!, tandem, remoras & dispulit omnes
Expectatus amor patriæ; nec vota precesque
In cassum cecidere mee; nec, quæ irrita pro te
Multæ gemens, ternis duxi suffiria lustris:
Ex quo trans Tamesin, Caledonis lensus ab oris
Natus abes, matri dilectus, pignora supra

Quot dederam, dum mater eram: TE flumina nostra,
TE liquidi fontes, & tristis murmure sylva,
Et rigua lacrymis valles, nemorosâg montes
Culmina TE mœstis suffir auere cavernis
Tot lustra. At jam Tueda pater, jam flumine Fortha
Excipit, & montes Lomundi, & regia celsis
Regibus, & regnis felix Falklandia: mox jam
Ocelliq; juga & Sterlini ingentia fidei
Mœnia, reprobatum solum, & vagitibus aether
Pulsatus cunisq; tuis. Stat turribus altas
Ostentans pinnas, & collibus omnibus unum
Eminet EDINUM; & celsi fastigia sceptri
Vendicat, imperio locus emulus. Vi reducem te
Jam gaudent, vultumq; & amatum, & amore verendum
Festinant vidisse tuum! Jam flumina nostra,
Jam liquidi fontes, & leto carmine sylva,
Et resone cantu valles, nemorosâg montes
Culmina jam letos tollunt ad sydera planus.
Et REGEM salvere jubent, & grata benignum
Ac memorem agnoscunt lati tanta æquora campi;
Tam longum qui emensus iter se cernere tantus
Venisti, & veras aliusti in pectore flamas.

O si magnorum prisco quos tempore vatuna
Te dignos enixa fui, nunc afforet ullus;
Aptis aquaret numeris qui grandiarerum,
Grandia qui dulci molliret carmina melle;
Quas grates, quæ vota tibi, quo carmine laudes
Cantarent meritas! Nunc tecum in proxima regna

Quum

Quum tuleris Musas; facilis cape, non quod Apollo,
Sed quod dictat amor, Patriæq; Dei q; Tuique
Verus amor, primis cunarum coepitus in annis,
Nunc quoq; sub seræ perdurans tempora vita,
Non dente ævi illo, non terræ tractibus ullis,
Invidiæ ulla, vel detractoris inqui
Carpendus sermone, illo aut rumore finistro.

Ingens FERGUSII, primus qui SCOTICA sceptra
Fundavit, soboles sexta & centesima regnis.
Felix illucce tuis, parilique vigore
Fortunaq; pari regnum fundato BRITANNUM,
Atque parifaco regnum firmato BRITANNUM:
Et firmum in seros totidem transmitte nepotes,
Quot magnos numeras atavos, ni Machina mundi
Præveniens vasto vertat regna omnia lapsu.

Nate ingens BRUS II ingentis (qui SCOTICA sceptra
Restituitq; suis natalibus, inq; nepotes,
Parva habita hauid parvis olim fundaminarebus,
Transstulit) huc ades, & patrios agnosce penates,
FATALIS soboles, FATALI ab origine, NONA,
Debita tot regnis SCOTO, ANGLO, FRANCO & HIBERN,
Quaq; rigat TIBERIS, & qua JORDANIS inundat:
Quanquam animos implexi tanto molimine, quanquam
Fata implens hominum spes & vota omnia vincas.

Ingens BANCHONIIS soboles, natiq; FLEANCHI,
Unde STVARTA domus tot regni sceptra per annos
Molitur; Prisco BRITONI genus & genus ANGLO,
NORMANNO, & FRANCO, & DANO, HISPANO, atq; ALE-
Regibus, imperio & ducibus permista, nec ulli (MANNO,
Extera, quot jactat proceres, ingentibus usquam
Fæta viris EUROPA, & rerum admovit habenas.
Vna sed HAEC patria est, NATUM hec suscepit, et nunc
Suspicit; atque colit TE unum PROLEMQUE PATREMQUE,
Atque polum votis pro PROLE & PATRE fatigat.

Atqui hec inter tot diademata celsa, corollam
Annumerare tuis titulis fas ducis & unam,
Privatam (verum magnis de regibus ortam
Regibus affinem magnis, regumq; gerentem
Sæpe vicem, belliq; domiq; & quod satis unum est,
Gignentem celsum generoso semine regem,

C 2

Regem

THE MUSES WELCOME,

REGEM, quo tellus majorem non videt, unus
Qui TERRA imperii tractas sceptra alma Britanni)
DUGLASIAM, ANGUSIAM, domum; virtute secundam
Haud ulli, quos Prisca aut Roma, aut Græcia jactat;
Seu numero Herorum, seu robore mentis & armis,
Sive fide in patriam. Sceptrorum ut millia sceptris
Accumulat, tuis, numerisq; in Stemmate Reges,
Lacus quoque orbis habet. Non ultima laus est,
Praeclaris etiam duxisse Heroibus ortum.

Atque hac majorum sunt nomina celsa tuorum:
Sed quis privatue libet praenonia laudis?
Orbis opes & deliciae, REX maxime, Regum
Miraculum; Regnis privata, & regia misericors
Privatis decora, & Musas diademate adornans,
Et Musis diadema, altum almis, aureum amoris,
Vtile jucundis; humanum d' vite vena
Divini ingenii supra humana omnia longe
Surgenvis; quam nulla industria, non labor ullus
Difcentis ve, aut monstrantis prudentia solers
Contulerit. Datur hac artes d' pinitus inter
Vna omnes: At nec divis datur omnibus, uni
Regum sed donata tibi: quid li' vida turba
Invideas frustra quocunq; aut nomine carpas?

Nec minus hoc priuum est, rarum per secula cunctis
Miraculum terris. Tu qui bello quatere orbem,
Armisq; animisq; potens, terraq; mariq;
Posse, vicinasq; ciere in prelia gentes,
Pacis amans, colis almam, & pacis dicier auctor.
Eligis, ac populos in bella cruentaruentes,
Germanos, Gallosq; Italos, Batavosq; & Iberos
Compositis frænas oditis, gestisque beatus
Sic dici, sic esse haud salvo nomine gestis
ARBITER Europa, perq; Europam ARBITER orbis.

Nec minus hoc mirum est (mirari ut defnat auris
Affuta atq; oculi) quod tot Caledonis in oras
Anglorum ducens turmas, pacem tamen una
Ducis, & innocuas das fædere jungere dextras.
Salvete, O vere FRATRES, quos Rhenus, & ipsi
Agnoscunt Batavi; vos Tueda, & Fortha, Taufque
SCOTIA vos omnis cognata hac voce salutat.

Est

TO THE KINGS MAJESTIE.

Este boni, vultusque & amicas sumite mentes,
Communemq; Patrem communis adducite cura,
Communemq; DEVVM, & communia fædera, & ipsam
Communem matrem terram memorate BRITANNAM.
Nullæ hic insidie, veracibus omnia aperta
Sunt SCOTIS: fastus, abfisque injuria verbis,
Non mage securi Tamæsis degatis ad undas.

Crescit opus minuendo: solo defunctus in astra
Perferor: O cœli soboles, gratissima cœlo,
Et cœlo defensa, & adaueta, altoque locata
Regnorum in solio; & cœlesti rore rigata
Doctrina, eloquique; unde aurea vena liquente
Melle fluit dulci, demulcens pectora; & unde
Fulmina TARPEIAS olim quassantia turres;
Telaque cœlesti vibrata à robore torques;
Equatura folo quicquid cœlo obstitit alto.
Cœli cura; solo donec cœlestia tractas
Hospes adhuc: idem hospitio cum liber abiito,
(Carcere seu maris) patrum consendis Olympum.
Incolatum cœli regna altera (tanto
Te major, quanto terris cœli ardua) sume.
Interea magno Cœli tua militet omnis
Cura DEO, atque illi mentemq; manumq; dicato.
Hoc decus omne tuum ducas, hoc gloriam ab uno
Surgere fonte putis. Sic magnus, cetera calca
Sub pedibus; Sceptra illa tua, ac diademata, & ipso
FERGUSIUM, BRUSIUMq; et cum BANCHONE FLEANCHUM,
Atq; STVARTORVM genus, & tot Stemmatia Regum,
Et laudes quascunque tuas, seu forte datas, seu
Ingenio, geniove, animove, aut corpore dotes.

Hoc mihi cœlesti nutritius nectarare, quondam
Haustatibi hac pietas cum lacte infixa medullis
Inedit, sed eatque omnes mansura per annos.
Hactuate GENITIX iterata voce saluto:
Hac te NATA colo. Roseo mox nectar ab ore
Stillans lata legam; labrisq; (ò!) oscula labris
Surripiam; & tenero circum-dabo brachia collo.
Aut hoc si nimium est, imis dabo basia plantis
Et longe retro venerans vestigia lambam.

Vive diu PROLESQUE PATERQUE mibiq; DEOq;
Atq;

D

THE MUSES WELCOME,

Atque orbi, prudensque piusque, & magnus, & ipso
Te major : cœli cum expleris munera, cœlo
Inserere ; & vere REX cuncta in Secula REGNA.

Humia gens Anglis occurrere sueta sub armis,
Et facere atque pati fortia docta manus.
Cur nunc pacatas, dextræ cur jungit iner-
Quosq; hastis solita est excipit hospitio ? mes
Hæc tua, PAX MUNDI, bonitas est, CHRISTE, Britanis,
Post hunc, Pax Mundi, sors, JACOBE, tua est.

DRIMA, tui quondam, fida & custodiare regni
Humia gens ; belli principiumque tui.
Nunc tibi principium pacis, quidq; agmina sue-
Ducere ; latentes ducimus ecce choros. (ti
Quique horrentem hastis Scotorum in prælia turman
Horrida, cumque Anglo jungere bella fero.
Mentiar ; aut nullis horrendam ducimus Anglam,
Judice te ; vultum respice, siue animum.
Nec feram misceremus truculentio prælia Marte :
Sed colimus casti fæderas sancta thori.
Hinc surgunt mihi stræcta palatia, diruit Angla
Qua quondam, melior jam struit Angla manus :
Hinc quam fausta tibi procederet UNIO, si sic
Exemplo saperes Insula tota meo.

DEXTRÆ OSCVLÆ.

Dod se effusa tua dextra implicat, oscula libat
SCOTIA, in amplexus fæmina virgine ruit
Haret, & avelli nequit : et rursum oscula jun-
Et rursum inq; manus pro oruit inq; pedes : (git
Hoc omnis sexusq; etasque, hominum hoc genus omne
(Oppida siue colat, seu colat arva) facit :
Quid nisi amor pietatisq; in te REGEM QUÆ Patremque ?
Quid nisi de voti pignora certa animi ?

Q id

TO THE KINGS MAJESTIE. 15

Et tua quod facilem populo se præbet amanti
Dexteræ, qua populus basia libet amans :
Quid nisi amor tuus est ? dulce hoc certamen amoris,
Tune illum melius, tene, amet ille magis.
Non apicem imperii minuis sic ; inescut usquam
Qui credat, verum quâ cluat imperium.
Catera ducuntur vincit animania collis,
Et præbent stimulis tergora, & ora luptis.
Ast homini vinculum Cor : corde is ducitur uno :
Præcipue priscam qui Caledona colunt.
Hos collo quisquis conetur ducere, collum
Seu sibi, siue illis ruperit ille prius.
Nec tamen hoc facile est ; quisquis tentavit, inanem
Vim sensit, casu vel luit ipse suo.
At tu corda tenes, REX felix usque tenebis :
Sic regis, ingenio sic frueris que tuo.
Prudens perge JACOBE, & amari, & mitis amorem
Testari : hac regni vincula firma tui.

SCOTIAE CVM ANGLIA AMICVM
CERTAMEN.

Hostibus hostis ego quondam pugnatib; Anglis
Pugnavi, inq; truces trux feratela tuli :
Opposuiq; odii odia infesta : ignibus ignes :
Arma armis, factis & fera facta feris.
Atque ruli, & retuli bellum damna omnia ; præda
Actæ, versæ arcæ, oppida, stratæ acies.
Famvastos posuere animos : sequor ; ipsaque vastos
Pono animos : ponunt prælia ; pono & ego.
Armaque depono dextra, atque atrocia lingua,
Cumque armis, armis deterioriora odia :
Quin prior officiis certo, amplexor que sororem ;
Et prior in verum fedus amore voco.
Communis que patris, patriæ communis honorem :
Hæc mihi fint, hæc fint maxima vota tibi.
Ergo agito ; & vel me dulci hoc certamine vincere :
Vel vincam longe teque tuosque, Soror.
Hoc mihi certamen superest ; certare sorores
Sic fas, sic vinci & vincere, dulce mibi.

D 2 DAVID HUMIUS, Thæagrius.

THE MUSES WELCOME,

SCOTORUM LAETITIA ET VOTUM.

REX JACOBUS (Io! lati nunc lata canamus
Sæcula Io pean!) Rex IACOBUS adest:
Post octo septemq; pigrifastidia Jani
Exoptatus, Io!, Rex IACOBUS adest.
Rex lux lucis adest, spes vite; spargite flores,
Spargite SCOTIADES. Vester alumnus adest.
Quin pater almus adest tarpeio fulmine raptus
Et salvus vobis redditus. Euge redit!
Hunc D E V S infidus rapuit; rapuitq; periclis:
Hinc foris, hincq; domi surpuit. Euge Deus!
Da presente bono latari: daque futuro:
Da vita longa: da meliore frui.
Da lucere novo; da sero sydere. sero
Da splendere polo: da micuisse solo.

AD MUSAS DUNGLASIDES APOS-

TROPHE παραγετικη.

Nunc hilares, si quando pios ceciniſtis amores,
Pangite Dunglasides nablia, plectra, lyras
Vester amor sacros dignatur reddere vultus
Quos abiens olim tristibus eripuit.
Non Phœbe pura facie formosior illo
Cum liquida fratris lampade nocte micat.
Non Phœbus liquido fulgens cum splendet Olympo
Diffundens radiis lumina leta suis.
Ergo alacres latè pia carmina fundite. Lustrat
Lumine vestrus suo limina vester amor.
Vos abiens tristes liquit: latasque revisit.
Pangite Dunglasides nablia, plectra, lyras.

ALEXANDER HUMIUS.

TO THE KINGS MAESTIE. 17

THE
KINGS MAIESTIE CAME TO
SEA-TOWNE

THE XV. DAY OF MAY,
Where hee was presented with these Poëmes
following.

SCOTIAE
AD REGEM SUUM FELICITER REDEUNTEM
fausta acclamatio.

DEDICATORIUM.

Parva, Monarcha, fero: quantus sed si unde profecta
Cultus, tanta putas, MAXIME, magna fero.



NGRIA parce, tuis si letis SCOTIA rebus
Invidet; alterius non ullius amula gentis
Fortuna, contenta suâ: sic cedere voto
Cuncta tibi soli, tetrico videt anxia vultus;
Vultus qua DOMINI communis dura negasti
Optatos, placidoque frui non hactenus ore
Passaes. Nempe tuas postquam Regnator ad oras
Venit, & imperio junxit nova sceptra paterno,
Non sedem mutare datum, non inde relictus
Visere rura soli: tu gaudia nostra tot annos,
Delicias, plaususque omnes, solamen, amores
Sola rapis, tu sola PATREM, cum Conjuge, Natum
Sevatenes; unamque penes te tota Britannæ
Spes residet gentis, decus, & fiducia: verum
Sic te talis Heri captam dulcedine, nunquam
Mirer, at in video Domini præsentia semper
Oratibi, sacrosque aditus, vultusque verendos.

E

Talia

THE MUSES WELCOME,

(Talia nempe querens, absentem SCOTIA luxit,
Res tanti caruisse fuit, quem sedula cunis
Fovit, & ad multos nascentem sustulit annos)
Sis opibus felix, fulvo fixunda metallo;
Indicus aurifero currat tibi gurgite Ganges,
Hesperiusque Tagus, Pactolus, Lydus, & Hermus,
Si quis tu aurata est desfumans alter arena
Nobilis annis aquas: sis gazis, viribus impar,
Non (ait) in video; potius succeſibus istis
Later vicinas supra caput altius omnes
Tollere te gentes, mea si solatia reddas.
Heu quando lux illa polo gratissima surget?
Quando illo praefente fruar, quem lusa tot annos
Expecto frustra nimium mea vota morantem?
Fortè sed nostra, Rex invictissime, sedes
Tennis, & invisa natalis penitet ora;
Nec luētu, lachrimisque meis, precibusque, benignus
Fleteris, & nullis poteris mansuescere votis:
Sed stat acerbanimis firma hæc sententia mente,
Posthabitibus nostris, sociis confistere terris?
Splendida sive tibi molli placet Anglia luxu,
Deliciis, opibusque suis, sordeſcat ut vltro
Scotia, prob alias habitata adamataque tellus!
Non hec pacta tamen, non hec promissa, parares
Cùm socii, nostris excedere finibus, Hæres
Regni, & triste vale linquenda abiturus amanti
Proferres Patrie: his nostrum lenire dolorem
Te memini, eterno fixum sub pectora servans.
Cùm mea jam populi veniant sub jura remoti,
(Aspirante D E O, nec enim sine Numine nobis
Talia contingunt, ejus qui temperat orbem)
Adque alios nos fata vocent promissa penates:
En molimur iter, nec enim confidere fas est
Porro diu, & celeri longè tualimina cursu
Scotia, linquentes, Anglas meditamur ad oras.
Ne rogo fors mentes tamen hæc mutata tuorum,
(O nimium gens cara mibi, gens fidique semper.)
Perturbet, violetque gravi pia pectora luctu,
Non, si causa placet, nunc evenisse dolendum
Ante quod optares contingere, quam foret ipsum.

Sic

TO THE KING'S MAJESTIE. 19

Sic suadent meliora: tamen non immemor unquam
Vestri, susceptam ponam de pectora curam.
Testis erit, vos quaque semel trieteride demum
Inviam (si vita manet, si fatali valentem
Servent) inque istis sistar non impiger oris.
His mihi tentabas tum curam demere dictis,
Crevit at inde magis postquam non tempora vidi
Respondere tuis intercedentia pactis.
Bis binis binis junctis trieteridas annis
Explavit Titan, ex quo digressus ab istis
Finibus, Anglorum in terris sine fine morari:
Nec piger, infandis sed saucia peccora curis
Destituis, tristesque mora frustrarisi amantes.
Aut despecta, cui patior fastidia vultus
Torva, vel in rapidos abierunt irrita ventos
Fædera, promissi subeuntque obvia paci;
Aut aliquis teneros languor gravis occupat artus.
(Pessima semper amor metuit, malus augur in arctis
Rebus amor, semperque timet qui diligit omnis,
Quodque cupid, cupid ante oculos atque ora tenere)
Quamvis iſtatuis haud quadrant moribus, ingens
Quæ secum sic versat amor: non mitior ullus.
Despicis haud quenquam, nisi dignum sponte relinquis,
Nec tibi sincero simulata in pectora mens est,
Aut animi sensis sermo contrarius oris:
Sed stabili ſtant pacta fide; non ludis inani
Promitto quenquam, sua ſed ſunt pondera verbis
Indubitate tuis, nec eges ſponsore timendus.
Quinetiam nostras ſi vera allabitur aures
Fama, vales, valeatque diu bene, Numinis posco.
Aut venies mox ergo, lares patriosque revises
Ocyus, aut certè ſuberit justissimantæ
Causa moræ, graviumque ſinent non pondera rerum.
Ergo ſi precibus locus est, ſuperestque popelli
Si que cura tui, nec adhuc D E V S obſtruit aures,
Aſpice nos, hoc tantum, & ſi pietate meremur,
Rumpemoræ, nobisque ſtatim non ſegniter adſis,
Antiquaque domos, veterisque Palatia Regni
Vise redux, laetoque tuos mox reſpice vultu.
Per lachrimas nostras, per qui genuere parentes,

E 2

Per

THE MUSES WELCOME,

Per patriam, Genium, per vincula jugalia, perque
Pignor à cara, mage est per si quid dulce, rogamus,
Ne te in venturas differ porro amplius horas.
Perge, celerque veni, nec te jam subtrahē genti,
Quæ stetit imperio semper, semperque manebit
Fida tuo, nulloque unquam mutabilis ævo.
Hæc inter, subito gratus mibi nuncius adfert
Adventare brevi, jamjamque ad limina regni
Te Patrii penetrare tui; non insuper oras
Exprobratum iri nobis te temnere SCOTAS.
Dumque rogo dubitans velit ut mibi vera fateri,
Per sacra verba fidem meruit juratus: at inde
Rumor it, & circum latè loca cuncta pererrat
Fama volans, varioque ingens est orta tumultu
Latitia; ad cœlum magno certamine clamor
Tollitur, & totus resonat clangoribus æther.
Undique collecti concurrunt agmine denso,
Latit omnes redituque tuo, & te sospite lati:
E pagis, willisque ruunt, urbesque relinquunt
Patricii, proceres, quorumque ab origine clarum
Nobilitate genus, tum mista absque ordine plebes,
Latitâ violante modum, matresque, virique,
Atque senes, juvenesque, vias & compita cursu
Confuso complent, avidi contingere dextram
REGIS, Herique sui: veniamque ab amore merentur.
Quaque venis per rura, favens turba obvia paxim
Advolut, & vario captiunt in pectore motus.
Prospiciunt venientem avidè, plausuque propinquum
Poplite submisso excipiunt, cupidisque sequuntur
Prætereuntem oculis, presso & vestigia gressu
Observant, comitesque tuis se paxibus addunt.
Dum possunt, spectare juvat, nequeuntque tuendo
Expleri, crescitque tuo prior ardor ab ore.
Cùm verò EDINO properans successeris curbi,
Scotigenis quæ prima alias supereminet omnes;
Tunc nullus non ordo hominum, non sexus, & atas
Te reducem spectare volet, quin omnia plena
Agminibus, cuneisque virum, qua splendidus ibis,
Cernere erit; non imafoli, non alta domorum
Culmina, non ullæ sine spectatore fenestra.

O que

TO THE KING'S MAJESTIE.

O quæ tunc letas pertinent gaudia mentes!
O quantus nitidum se tollat ad æthera clamor,
Salve magne PATER Patriæ, Dîs proxime Princeps,
Expectate venis; nobis te Numinis servent
Sancta diu, & multos faciant supereesse per annos!
Et festi insolitis & quam fulgoribus ignes
Urbe erpet totâ, volentisque incendia paxim;
Flamma ut candentis Phœbi Vulcania lucem
Vincat! & quantas deturbent ænea ab alto
Sulphureas tremulo massas tormenta fragore: ut
Tecta tremant, pavidaque queant non stare tumultu
Cornipedes, subitamque poli quoque penè ruinam
Formident! saevò velut ut cum fulmine mundum
Concutit iratus, tremebundaque murmur a miscet
Jupiter, & cœlum ac terras terroribus impler.
Non mihi Pierides si Heliconi quæ difflit undas,
Indulgere velint, non, hac si prelude dictem
Phœmonoe, Heloo cecinit quæ carmine vates
Prima, nec & totus veniat sub pectora Phœbus;
Ista Caledoniam quantum spectacula gentem
Exhilarant, quantoque dies gratissima plausus
Excitat ista, queam dignè satis vsḡ referre.
Hand secus ac genitor cum longo errore viarum
Scrutatur terras vario sub sole remotas,
Multæ diu natos redeuntis avara parentis
Spes tenet, & cupidos trahit expectatio votis
Anxia sollicitis: trepidat formidine conjunx
Sola relicta toro, cunctosque alicunde reversos
Inquirit solers, cum nunc rumore sinistro
Naufragus in mediis effusus creditur vndis,
Nunc superesse neci, & vesci vitalibus auris.
Spemque metumque inter dubiis redit ille: volantque
Adversum nati, & gemibus clamore voluntant.
Accurrens collo circundare brachia conjunx
Examata cadit, voxq; intercepta salutem
Latitâ negat. Ecce tuis sic talia paxis
Desunt verba, tamen testantur gaudia vultus.
Aut quales dulci cùm nido sedula mater,
Maturâ jam luce die, tenebrisque fugatis,
Ales abit, Cererisq; errans circum volat arva;

F

Dum

THE MUSES WELCOME,

Dum sero, Hesperias Phœbo labente sub undas
 Pasta redit, pleno & miseris fert pabula rostro :
 Fejuni aſſilunt pulli, luduntque reverſa
 Quaſſantes teneras repetito verbere pennas ;
 Ac ſe certatim late conamine trudunt
 Qui primus matris redeuntis pignus amoris
 Oreferat, reducique hilares juua colla ſubaptant,
 Grataque compositis delibant oſcula roſtris.
 Excipit haud alio reducem te Scotia plauſu.
 Præcipueque hæc illa tibi ſaſe hoſpita quondam
 SETONI DUM generosa domus, majoribus orta
 Ipsa tuis ; priſco Regum de ſanguine duxa
 BRUSIADUM : gens caratibi, tibi fida, tuis que
 Semper Avis, virtute, & honoribus ardua celsis.
 Stemmate clara nitens inter tot fulgida regni
 Lumina Nobilium : in ſummo tibi munere ſanctam
 Perſolvens ſincera fidem, moderamine rerum.
 Olim tempus erat, propior cum teſta ſubires
 Iſta frequens ; Londino iſthic licet advena tandem
 Poſt tria luſtra ſemel nunc hifce penatibus adiſi :
 Rarus ades, ſed ades longè optatiſsimus hoſpes.
 Ac merito ſic tota fremit te Scotia viſo
 Latitiā : præter nam quod ſub luminis auris
 Prodieris primū hic, & lucem videris infans,
 Et tua felicem hanc faciant cunabula gentem ;
 Non cuiquam meliore regi, non contigit ulli
 Imperiumque pati felicius. Ecquid in orbe eſt,
 Tecum qui quo vis valeat contendere ? nullus
 Moribus, ingenio, virtuteque, ſtemmate, ſceptro,
 Paruit, aut fuerit, potis eſt aut eſſe ſecundus.
 A genere & Proavis queras encomia ? longo
 Continuoque tibi veniunt diademata filo.
 Innumeros tibi poner avos FERGUSIUS auctor
 ſtemmatis ; imperio quorum jam SCOTIA paret
 Luſtra quater centum : hos ſequeris non ordine rupto.
 Tu cui jam titulis cenſeri & ſanguine prodeſt
 Majorum, tua num tot piectos atria vultus
 Perpetuā ostendent serie ? ſic ſemper avita
 Sceptra nepos poſt ſe venturo tradidit, ut ſis
 Ordine poſt tot avos, Hæres, & ſacula, Regni, et

Linea

TO THE KING'S MAESTIE. 23

Linea ſit facis nunquam interrupteda, nec armis ?
 Stemmate victor abis. valeant ſed ſtemmata, ſceptris
 Certatur ? nec iſ his venit equiparabilis ullus
 Magne JACOBE tibi ; tibi ſumma potentia ceſſit
 Et maris, & terra, ſolusque Tridentifer randas
 Imperio nutuque quatit, velut alter in orbe
 Neptunus, ſoloq; minor JOVE, celsior omni,
 Qui leges, moresq; viris, qui moenia ponit,
 Qua pater, eſt quicquid poſitum ſub limine vasti
 Orbis, Agenoreta imposuit cui filia nomen.
 Non tu vulgari Heroum de forte pudendus
 Regulus, & ſine re, ſoloq; es nomine Priſceps :
 Pulchra corona triplex tibi cingit gemmea crinem,
 Et ditione teſtes tria Regna potentia, quorum
 Efficiant magnos ſeorsim & el singula Reges.
 Vnica, Romani potuit que ſiſtere curſum
 Imperii, belloque potens, & neſcia viñci,
 Felicem, gens SCOTA, tuis ſe ducit habenis.
 Armis que Gallos domuit, que fudit Iberos,
 Subdit a ſubque tuis tibi legibus, ANGLIA, ſervit.
 Queque proterua jugum Dominæ deflexerat olim,
 Inclyta mirandis tibi paret HIBERNIA rebus.
 Parva ſed iſtatuas inter, REX maxime, laudes :
 Sunt majora domi, quam que tibi maxima querit
 Sic fortuna foris ; puris virtutibus alta
 Mens inſtruēta, pium Cor, doctum Palladis artes
 Pectus, & ingenium ſolers, reverentia morum.
 Delius ex aquo velut eſt ad otrumque paratus,
 Si ve movere Lyram, ſi ve Arcum tendere nervo :
 Sic tibi ſunt docti, ſimil & ſunt Principis artes,
 Cum Jove ſuntque tuo coniuncta pectore Musæ.
 Non ſimulata cano : ſiquidem monumenta loquuntur
 Ingenii foetur atui, quibus aureat angis
 Sidera, & ethereas famâ petis arduis arces.
 Si ve libet molli fluitantia noctere verſu
 Verba, modis citbar a tua carmina Cynthius aptat ;
 Dicere ſi maris numeris, ſine lege, ſolutis,
 Verbaque non clauſo, ſed ſparſo pingere flore,
 Eloquium Stupet ipſe tui Cyllenius oris.
 Prædicta cum tantis tua ſit mens dotibus ; haudeſ

F 2

Supre-

THE MUSES WELCOME,

Supremæ virtutis egens, pietatis at extas
 Omibus exemplar venturo Regibus ævo.
 Tu populo pietate prais (à Principe vulgus
 Pendet, & officio, exemplo quam lege tenetur
 Sepe magis) veramque fidem, populoque sequendam
 Constat ipsæ tenes : hinc per tua Regna quietus
 Numinis est cultus, non vi, non carcere, flammis
 Obrusus, placidoque tuos per cuncta tenore
 Allicis, & duci faciles tua vota sequuntur.
 Quo me Musa rapit ? prolixo en pagina ierisu
 Decurrit, reduci paucis tibi jussa salutem
 Mittere, furtiuo veram in præconia lapsu
 Incatum tuarara trahit, mirandaque virtus.
 At quanquam externæ est virtus non indigalaudis
 Dives tua, à se clarasatis (sonat omnis ubique
 Nomine terratuo, & famam vagagloria cœlo
 Terminat, immensumque ingens accedit Olympum)
 Sicut Alexandrum tabulis tamen unus Apelles
 Pingere, nec præter Lysippum pingere quisquam
 Ære aëris: solo sic sunt tua facta Maronis
 Digna, vel Arguii celebrari carmine vatis.
 Nostra manus sed enim est rudit, atq; indocta referre
 Ora per expressos, genuinaque membra, colores,
 Ducere vel sculpto spirantes ære figuræ.
 De tabulâ ergo manum præstat, quam criminè foedo
 Materiam turpare, nequit quam ritè polire:
 Et que tuas satius per muta silentia laudes
 Intactas transire, humili quam grandia focco
 Reddere, sublimi que sunt referenda cothurno.

Auctore JO ANNE GELLI O à Gellistoun.
 Philosoph. & Med. D.



TO THE KING'S MAJESTIE.

FORTH
 FEASTING.
 A
 PANEGYRICKE
 To the King.

Flumina senserunt ipsa.

THE MUSES WELCOME,



To his sacred Majestie.

If, in this Storme of joy and pompous Throng,
This Nymphē(great KING) come euer Thee so neare
That Thy harmonious Eares Her Accents heare,
Giue Pardon to Her hoarſe and lowlie Song:
Faine would Shee Trophees to Thy Vertues reare,
But for this statlie Task Shee is not Strong,
And Her Defects Her high Attempts doe wrong,
Yet as Shee could ſhee makes Thy VVorth appeare.
So in a Mappe is ſhownen this flowrie Place;
So wrought in Arras by a Virgines Hand
With Heauen and blazing Starres doth *Atlas* stand,
So drawen by Chare-coale is *Narcifſus* Face:
Shee maye *Aurora* be to ſome bright Sunne
Which maye perfect the Day by Her begunne.



TO THE KING'S MAJESTIE.



FORTH FEASTING.

A PANEGYRICKE

To the King.



Hat bluſtring Noiſe now inturruptis my ſleepe?
VVhat echoing Shouts thus cleave my chryſtal Deep?
And call mee hence from out my watrie Courte?
VVhat Melodie, what Sounds of Joy and Sport,
Bee theſe heere hurl'd from eu'rie neighbour Spring?
VVith what lowd Rumours doe the Mountaines ring?
VVhich in vniuall Pompe on tip-toes ſtand,
And (full of VVonder) ouer-looke the Land?
VVhence come theſe glittring Throns, theſe Meteors bright,
This golden People ſet vnto my Sight?
VVhence doth this Praise, Applauſe, and Loue, arife?
VVhat Load-starre eaſt-ward draweth thus all Eyes?
Am I awake? or haue ſome Dreames conſpir'd
To mocke my Sense with Shadowes much deſir'd?
Stare I that liuing Face, ſee I thofe Lookeſ,
VVhich with Delight wont to amaze my Brookeſ?
Doe I behold that VVorth, that Man divine,
This Ages Glorie, by theſe Bankeſ of mine?
Then is it true what long I wiſh'd in vaine?
That my much-louing PRINCE is come againe?
So vnto Them whofe Zenith is the Pole,
VVhen fixe blacke Months are paſt, the Sunne doeth rolle:
So after Tempeſt to Sea-tossed VVights
Faire Helens Brothers ſhow their chearing Lights:
So comes Arabias Meruaile from her VVoods,
And farre farre off is ſcene by Memphis Floods;

THE MUSES WELCOME,

The feather'd Sylians Clowd-like by her flie,
 And with applauding Clangors beate the Skie,
 Nyle wonders, Scraps Priests (entranced) rauue,
 And in Mygdonian Stone her Shape ingraue;
 In lasting Cedars marke the joyfull Time
 In which Apollos Bird came to their Clime.
 Let Mother Earth now deckt with Flowres bee scene,
 And sweet-breath'd Zephyres curle the Medowes greene:
 Let Heauen's weape Rubies in a crimsin Showre,
 Such as on Indies Shores they ruse to powre:
 Or with that golden Storme the Fields adorne,
 Which Ioue rain'd, when his Blew-eyed Maide was borne.
 May neuer Houres the Webbe of Day out-weave,
 May neuer Night rise from her sable Cauue.
 Swell proud my Billowes, faint not to declare
 Your Joyes, as ample as their Causes are:
 For Murmures hoarse sound like Arions Harpe,
 Now delicatlie flat, now sweetlie sharpe.
 And you my Nymphes, rise from your moyst Repaire,
 Strow all your Springs and Grotts with Lillies faire:
 Some swiftest-footed get her hence and pray
 Our Floods and Lakes, come keepe this Holie-day;
 What e're beneath Albanias Hills doe runne,
 Which see the rising or the setting Sunne,
 Which drinke sterne Grampius Mists, or Ochells Snows:
 Stone-rowling Taye, Tine Tortoise-like that flows,
 The pearlie Don, the Deas, the fertile Spay,
 Wild Neverne which doth see our longest Day,
 Ness smoaking-Sulphure, Leauue with Mountaines crown'd,
 Strange Loumund for his floting Isles renown'd:
 Theirish Rian, Ken, the silver Aire,
 Appositè Graiâ voce vocanda foret:
 Ausonio hac eadem dicenda Albaniâ ritu,
 Candida cum frontis cerneret astra tue.*

REGIS EΓKΩΜΙΑCTIKON.


*Ximia decorant qua te (REX MAXIME) dotes
 Et numerum exuperat, exuperantq; fidem.
 Igneus ingenii vigor & vis entheo mentis,
 Ardua quâ sensu cuncta minora tuo.
 Largiter Aonis & pectora culta camenis,
 Et fluitans sacro melleus ore lepos.
 Major avaritiâ turpique libidine major,
 Atque animus recti propositique tenax.
 Relligionis amor, fidei studiumque tuenda,
 Quod placuit titulis inseruisse tuis.*

Justitiam

TO THE KING'S MAJESTIE. 49

*Justitiam moderans facilis Clementia, Virtus
 Et niueus candor, munificaque manus.
 Invenias alios qui hac singula force tenebunt;
 Sed qui possideas omnia solus eris.*

ALIUD REGNI.


*Ugusti cedant felicia tempora, Regis
 Et Solyme, regnis, REX venerande, tuis.
 Næ simul ac jacos presit diadema capillos,
 Et data sunt tenera Sceptra gerenda manu;
 Protinus errorum foedis erepta tenebris
 Emicuit puro lumine pura fides.
 Tetraque septenis que collibus ardua regnat
 Corruit auspiciis Bellua fusatiis.
 Jam neque consumptis carie damus oscula truncis;
 Fundimus aut stolidas ad caua saxa preces.
 Triticeum nec (triste nefas) pro numine vero
 Quem tacito singit murmure Mystra, Deum
 Nunc colimus: Sed qui terram, mare, sidera fecit,
 Et regit imperio cuncta creatura suo.
 Religione simul nitido pax aurea caelo
 Lapsa fouet Patriæ viscera fessatuæ.
 Jam neque securos abrumptu clasica somnos,
 Mollibus aut stratis ad fera bella cident.
 Arua peremptorum non amplius oſibus albent,
 Sanguine nec diro flumina mixta fluunt.
 Rusticus in duros contundit tela ligones,
 Et relegat pandos ad juga sueta boves.
 Jam mercator, opes per mille pericula querens,
 Impiger audaci cerula puppe secat.
 Jamque nitet Tyrio Judeo sublimis in Ostro,
 Et calcata diu jura retractat ouans.
 Proceda t simili semper tua Regna tenore,
 Teq; efauens Numen sic sine fine beet;
 Religio ut vigeat semper te vindice tutas;
 Floreat & fidei pax quoque juncta comes.*

IIIrd

N

Illi. 571. d.

ASyrium Perses, proles hunc clara Philippi,
Graios Roma potens exxit imperio.
Ultimus imperii Romani Scotia limes,
Sola gerens I.atio libera colla jugo.
Deque alis dum tu terris, Adriane, triumphas,
A Scotis vallo, tue Severe, caves.
Namque hinc venturum veteres cecinere Sibylla,
Qui Rome aquaret monia celsa solo.
Quem Domina celsas orbis qui diruat arces?
Credibile est superos constituisse ducem?
Qui Babylonam feram Sanctorum cæde rubentem
Cogat ad exemplum tristia ferre suum?
Quem nisi te Scotti gnarus qui pocula dira
Respus, & mirâ detegis arte dolos.
Maëste animo, fatis & te poscentibus offer,
Victor adi palmis debita Regna tuis.
Quamque expugnasti doctis, REX MAXIME, Scriptis
Romuleam ferro contere, perde LUPAM.

Exxtixd.

Post bis septenas viso te Principe messes
Perfundunt Patria gaudia blanda finis.
Sidus & cot niveli nunquam dispreat oris,
Sollicita lassat numina summa prece.
Si tamen hac superis nimis invidiosa videntur
Vota, sacro miserare nec datur ore frui.
Serus in aethereas redeas pius incola sedes,
Et Pylio major, Dardanioque sene.
Cumque tua vita Lachesis finiverit annos,
Regali in tumulo molliter ossa cubent.

ALUD.

Avrea dum fundet Phœbus sua lumina mundo,
Et capiet vultus candida Luna novos.
Deficiat nunquam Regalibus edita lumbis,
Quæ sedeat solio stirps generosa tuo.

PATRICIUS NISBETUS.

p. 106

Tū rō p̄p̄t̄s p̄.w̄.s̄.

RIME BRITANNORVM (PRIMO HAVD SINE NVMINE)
Concilias sceptro qui tria regna tuo; (Regum,
Unio Prima trium; magni Primæ Unio mundi;
Prime salutiferæ duxque, comesque viae;
DEFENSOR PRIMÆ toto spectabilis orbe;
Terror Primi Frebi, Primaque cura poli;
Justitia & Pacis Princeps, qui PRIMVS ab oris
Ptimus abes patriis; nunc quoque Primus ades;
Qui numeros retrabis labentes Primus in orbe
Noſtro, iterum PRIMVS, qui modò SEXTVS eras;
De quo fatidici tot Primo oracula vates
Fudere, eventis jamrata facta suis:
Quis tibi prima canet quoque carmina? dignaque tanto
Principe quis? PRIMVM non nisi PRIMA decent.
Parcito, lineolas si ego tantum duxero primas:
Nobilis ad vivum ducere Apellis erit.
Primus ut es Regum, qui tot feliciter annos
Missa per illustres sceptra tueris avos:
Centum sic proavi cum septem in victa dederunt;
Bisque capis fastis secula dena tuis.
Te duce distraetas ut plurima secula gentes
Cernimus hostiles jam posuisse minas;
Cernimus & tumidos tot retrò secla gigantas
Attonitos justo subdere colla jugo.
Te PRIMUM geminis, clarâ cum Principe, natâ
Junxerat una dies, junxerat alma dies.
Quætibi natâlis, natâisque illuxerat ipsa;
Mensis & a decimâ lux ea nona fuit.
Quattuor una dies mensis (non unius una)
Quattuor in lucem protulit una dies.
Admiranda dies! Primo hanc dignare lapillo,
Inter & illustres digere, Musa, dies:
Prima sit hac Epopea; retrò hinc, citrò que putemus
Tempora, cum PRIMIS, PRIME IACOBE, tuis.
Sed quò PRIMA trabunt? Utinam mihi PRIMA sequenti
Suggereret Primos Calliopea sonos.

N 2

Vt

THE MUSES WELCOME,

Ut te Prima ornat virtutum gloria, PRINCEPS,
 Quas colit ut Primas natio docta deas:
 Vt SOPHIA in fibris, cultu CHARIS, ipsa labellis
 SUADA, THEMIS Sceptro, RELIGIO alma suu:
 (Hac, que Prima tuis affulxit gloria sceptris,
 Inseret & primo te dea prima polo:))
 Dat tibi lauricomæ Primæ Regina corone,
 Primus & Aonii splendor Apollo chori.
 PRIMUS alis magnum Rex cum Cicerone Maronem
 Pectore; fers scriptis primus virumque tuis.
 Dumque parat vacuo primos ludibriæ cœlo
 Mittere Styx technis teque tuosque suis:
 Eumenidum Stygios PRIMUS Tu detegis ignes:
 Terror prime Frebi; primaque cura Poli!
 Quis nisi divino præcordia percitus astro
 PRIMA queat calamo tot superare suo?
 Primus honorandis Mytis quos Anglia fovit;
 Nobilibus primus jam comitatus ades;
 Primus agens clarum clarâ de gente triumphum:
 Quos Mars non potuit jungere, junxit amor.
 Prime amor Anglorum; Scotorum gloria prima;
 Primus ut in Boream raptus amore venis;
 PRIMUS AMATUS ADES: primum expectamus amorem,
 Prima sit ut Patriæ Pax, & honesta, tua.
 Progredere, O felix, quo duxerit entheus ardor;
 Primus ut in cunctis, hic quoque primus eris.
 Saxonidum hic primus celebrans comitia Princeps
 Jura dabitis populo non peritura tuo.
 Nec me oraclæ animo fallent surgentia: vates
 Forsan & a longâ posteritate ferar.
 Primus EDINÆAS regali nomine MUSAS
 Ornabis; tollent te duce in astra caput.
 Quæ memores, si quid poterint, perniciibus alis
 Fame Te aeternum, Rex, super astra vebent.
 Postus erit roseum dum Mons trifidatus ad ortum,
 Vicina & trifido regia celsa jugo;
 Donec ad occasum Capitolî nobile saxum,
 Virginea Arx ortu nobilitata tuo;
 Donec Edinæum trifida stans vrbe Lyceum
 Ostendet cristas inter virumque suas;

PRIME

TO THE KING'S MAJESTIE.

Primus eris Musis; Primas, Rex, assere: Primus
 Et mihi Mæcenæs, si placet, esse potes.

PRIME BRITANNORVM, post tot vaga secula, regum,
 Qui patrio in Boream plenus amore venis,
 PRIMUS AMATUS ADES: Primi præludia amoris
 PRIMA damus, sceptri sed tibi prima tui.
 Illa quidem Primâ longe a Permeßidis vndâ:
 At tibi sub Primo nata, renata polo.
 Accipe placato, Regum illustrissime, vultu:
 Vatum ego postremus sic mihi Primus ero.

PATRICIVS SANDQS.

Ex quoq[ue] in dñs.

DVm, Rex Magne, tui fidissima pectora Scotti
 Emula in adventu testari gaudia certant;
 Ille tuos vultus spiranti excludit in ære,
 Atque aliis vivo ducit de marmore, & al-
 In tabulâ fingit te animosâ, aurove loquaci: (ter
 Hic rursum eloquio pollens, vel divite venâ
 Castalii fontis, calido cui sanguine Titan
 Corda animat, dotes animi quoque dicere versu
 Tentat, & audacem tractus se præpete penna
 Librat in aeris, ut te sublimè volantem
 Sectetur, superisque tuos componat honores!

Omnes solerti ingenio & mirâ arte, sed omnes
 Ni temere, at vanis forsan conatibus audent
 Tanta molis opus: nam plurima lucis imago
 Divina, & cœlestè tuo quid splendet in ore.
 Est & inaccessa mentis vis ardua, nulli
 Pervia; tot laudum tituli; tot sunt monumenta
 Ingenii; tot virtutes, tua nomina, Regis;
 Omnia supra hominum captum, mentemque manumque.

Te quoque natura, te nos virtutis, & artis
 Mirum opus, atque operum metamq[ue] apicemq[ue] supremum,
 (Quo Dñs nil melius terris majusve dederunt)
 Dum canimus: fulgore tui vis languida meritis

O

Deficit

THE MUSES WELCOME,

EDINUM, regnumque tuum curare memento,
Tum magna ut magno sis quoque cura Deo.
Edini & quae sunt duo prima, Ecclesia, Musæ,
REX orte EDINI, sunt quoque primatibi.

HARMONIA LYRAE & LEONIS IN INSIGNIBUS REGII.

PArcere Subiectis & debellare superbos:
Hoc opus est Regis, Regia Spartatua hæc.
Perfæcti Regis perfecta insignia, Regi
Quam benè conveniunt, REX IACOBE, tibi.
Dum Lyra, dumque Leo junguntur, mitius illâ
Quid sonat? hoc vel quid fortius esse potest?
Mitibus & quam tu mitis, REX, quamque rebelles
Debellas facilis, SCOTIA testis erit.
Ab sit causa omnis posthac rugire Leoni,
Dulcis & inter nos (REX) Lyra sola fones.

TAMPAETÆ ECCLESIAE, & MUSARUM.

Vota animo voluens, & quæ tibi munera ferre
Possimus, huc tadem mens revoluta mea est.
Pompas, diuitias aliis offerre licebit
Atq; dapes, pereunt munera, quiq; ferunt.
Vivunt, & vivum præstant, Ecclesia, Musæ,
Munere quem donant; sic sua dona probant.
Illa preces, docta hæmonumenta offerre parata:
Illis tu viuis, his tua fama viret.
Et viues semper, semper tua fama virebit,
Munera si prima hæc sint, IACOBE, tibi.
REX pius & doctus, pia munera, munera docta
Vnicè amet, viuit quis, & in orbem viret.

MUSARUM.

MERLIA Allia si Martem vident conferre Minerua
Sacram adem natus quo fuit ipse loco;
Nonne, Minerua, tuo de Phœbo maxima spes?
Hic ubi sunt virtus stamina coptasus?

VOTUM SCOTIAE.

Spes & opes in te Patriæ ponuntur; in illa
Tu ponis rursus gaudia cunctatua.

Spes

TO THE KING'S MAJESTIE.

Spes & opes tanta maneat, & gaudia tanta
Comprecor ut maneat, Rex IACOBE, diu,
Dum precor inter nos maneat, & Magne IACOBE,
Dum precor a nobis serus abire velis:
Dum precor Arthurii resonet mons, Magne IACOBE,
Eia decus patriæ, serus abire velis:
Et sic dum pro me, pro te precor; usque precabor
Et sic: votum unum sit mihi, fitque tibi.

THOM. SYNSERFIUS.



ELEGIA

SCOTIA. PHOTIA. POETA.

Poët. **N**ympharum Musam meditemur, Scotia pernox
Quam crepera, clara Photia luce canat.

Scot. Salve lucis bonus, noctis fuga, Lucide Paan,
Te reduce è tenebris turba Scoteina redux.

Phœbus & accedens & cedens duplicat umbras:
Immineat capiti, corporis umbra fugit.

Tu q; atque bios nobis, IACOBE, recessu
Et redditu duplex contigit umbratio.

Pallida mœroris te decadente premebat,
Grataque latitia te redeunte redit.
Redditus his tandem terris, a vertice utramq;
Umbram, tristitiae latitiaeque, fugas.

Illa quidem cum mole sua disparuit, ista
Corripuit tremulam mole manente fugam.

Latitia molem immanem quo marte feremus?
(In se magna suo pondere lapsa ruunt)

Maxime Rex Regum, fateor, medicabilis ista,
Hei mibi, debilitas est nimis arte tua:

Discessu properas gratam attenuare secundo
Molem istam, Scotis sic redit umbra duplex,

Latitia, luctuque: isthac cum mole redibit,
Umbraque latitia sola superstes erit.

Sed satis umbrarum, lucent jam spicula Phœbi
Aurea, luminibus spicula missa ruis.

P

Salve

*Salve lucis honor, noctis fuga, lucide Paxan,
Te reduce è tenebris turba SCOTIA redux.*

*Poë. SCOTIA sic: Vos, quæ respondit Phœtia, Musæ
Dicte Edinæ, mea vena fugit.*

*Phœt. Ingredere O soboles supremi clara Tonantis;
Phœtina hunc niveum pingue caterua diem.*

*Phœbus & accedens & cedens floribus almis
Alternat grata poma savora vice.*

*Desuper illuxit: fervens incanduit æstas,
Æstatem, Antumnum, Ver, JACOBÆ, factis:*

*Carpere decadens maturæ poma dedidisti
Pacis: habe regnis altera, Mome, tuis.*

*Ciuitis scissa cœsifit discordia pallâ,
Discissu facta est Injula Firmatuo.*

*Sed simul increpuit redditus prænuncia vestri
Fama, redit facies veris aperta simul.*

*Ver erit eternum Scotorum: currite Parcae
Dixerunt fusis aurea sacra suis.*

*Cominus illuces; facie præsentis inardet;
Æstuat in vultu patria fixa patris*

*Lumine inexpleto: nec se mortalia demens
Augûsta adspexit ora videre putat.*

*Patria sub Geminis generosum amplexa Leonem
Nunc tibi pro Maio mense IACOBUS eat.*

*Ingredere, O soboles supremi clara Tonantis;
Phœtina hunc niveum pingue caterua diem.*

THOM. NICOLSONUS.

Nox ruit, occidens rutuli dum fulgor Olympi
Delius hesperias lambit & intrat aquas.
Fausta renascentis succedit gloria Phœbi,
Dum jubar exoriens REX JACOBUS adest.
Ergo Caledonii geminus Sol surgit in oris,
Binaque Scotigeno lux redit alma solo.
Qualis enim Titan viridanti gramine terra;
Talis ades populo Dya propago tuo.

Lumen

*Lumen in immensum fundit Sol aureus orbem,
Clarius Hic morum nobilitate nitet.*

*Pythius aethereas fundit per inania flamas:
Numinis Hic Sacri, nostro & amore calet.*

*Arva fovet Phœbus vernantia: Providus Heros
Pace suum populum pacis alumnus alit.*

*As & stu quandoque gravi sitibundus Apollo
Exurit tepidi gramina picta soli.*

*At meliora jubet sperare BRITANNUS APOLLO,
Idem unusque suis, unus ut usque fibi.*

David Prymrosius.

Misula qua ternis discreta Britannia regnî,
Sub sceptris primùm floruit una tribus:
Quæq; exinde gradu justo contendere ad v-
Accelerans, gentes ceperat una duas: (nā
Tandem terrarum quas Tethyos alluit æquor
Maxima, in amplexus en tibi tota ruit.

Sed ne quid numeris pereat titulisque vetustis,
Deque ferant primis ultima judicium;

Et regna accedunt Regi tria: Ter Deus unus
Hunc numerum & titulis iussit adesse suis.

Sic Jovis horrendi magnum per inane trifulca
Fussa ferire reos fulmina ferasa micant:

Tres Charites grato vincentes cuncta lepore
Conciliant animos in fera bella truces:

Ha comites Regi assunt Dominum sequuntur,
Principe nec quicquam gratius colla vides.

Principe non alio contenta Britannia (cœli
Orbis ab immenso quam dirimebat amor)

Quam qui cœlitibus junctus, quem gloria cœlo
Æquat, & humanum dat superare modum.

Proxime Dis Princeps, cuius stant publica fatis
Fata, tuis, tibi qua leta velint superi.

Incolumi te, quicquid habet tuus orbis & alter

Exultat, genio debita paxque tuo.

P 2

Teque

Teque adeo sacrum dum nobis Anglia reddit
 Depositum, fidei nobile pignus habens;
 Sedulus occursat populus, dum compita gente
 Fervent nativa te cupiente frui:
 Dum proceres vtriusq; uno te Principe gentis
 Unius, unum te quem venerentur habent;
 Quem comitentur habet, implentes omnia plausu;
 Gaudia per varias dant repetuntque vices:
 Non strepitus animosq; virum tua Scotia vidit
 Asimiles, fato non strepere æra pari:
 Agmina non simili affectu coœuntia: donec
 Vna alii quondam gens inimica fuit.
 Aurea sacra tibi dat fors in versa, per agros
 Auditurque cauis nil nisi pompa tubis.
 Sic eat: atque suo felix ter maximus Heros
 Cum populo, terra jura det atque mari.
 Decurratq; Augusta domus, servetq; tridentem
 Regalem donec voluerit astra polus.

ALEXANDER PEIRSON.




GRATULATORIUM.

Verbis EDINA, tribus jam lustris lurida vixti
 Auricomis solis radiis fulgentibus orba,
 Marcida, torpentis gelido ceu fidere bruma,
 Heu longum jacuisti: heu consternata, Pena-
 Heu laceri, Patres mæsti q; Respublica, Cives, (tes
 Luxistis Regem, heu toties totiesque petitum.
 Phosphorus ecce tibi illucet, jubar ecce IACOBUS
 Exoritur rutilans, radius Regalis obumbrat
 Urbem hinc, Arcemque inde, sua incunabula lucis,
 Pollicitans meliora tibi: licet occidens Sol,
 Occiduoq; licet te primum hoc tempore visat,
 Perpetuum spondet Sol surgens vespere lucem.
 Aurea nunc placidum numen tibi saclareducit,
 Pulchrior appetet Phœbus splendore corusco,
 Nocturnas pellens tenebras nunc mense sereno
 Floriferis Maio Zephyris spirantibus, igne

Viuifi-

Viuifico, prius algentes nunc calfacit artus,
 Nimbiferosque Joves, & iniquas diluit auræ;
 Ne desponde animum, neu consternere; Patronus
 Ecce tuus Princepsque venit, tibi brachia pandens
 Obvia, & amplexu prensans tua colla benigno.
 Plaude lubens REGI nunc in tua tecta regresso.
 Quos laceros dixi, sacri gaudete Penates;
 Summus Pastor adest, tenero qui pellat ouli
 Vulturios rapidosque lupos, non indigus auræ
 Etherea, rara præstans pietate Monarcha.
 Gloria CHRISTICOLVM cui D'la atque entheæ mens est,
 Relligio, cui cora fides candore niuali
 Purior, ALBIONIS lux alma, & lucida lampas.
 Plaudite vos Regi nunc vestra in tecta regresso.
 Pellite tristitiam Patres, nunc compita plausu
 Latifisco resonent, hujus solatia lucis
 Invidianon unquam valeat delere vetustas,
 Heroas Deus inter adest, qui nunc Jubileo
 Hoc currente suo, Patriæ reparare ruinas
 Instituit, triplici Diadema, triplici cura
 Invigilans, sacræ cum legibus & magnis ditis:
 Pignore qui triplici patrium firmabat amorem.
 Plaudite vos Regi nunc vestra in tecta regresso.
 Nullo unquam tantum gavisa est Princepe EDINA,
 Quem Methusalem exoptat vivere Solcs.

Nicolaus Udward.



coquoblaus.

Dvenci, Rex magne, tuo jam machina mun-
 Insolito applausu tota triumphat ovans. (di
 Nam que mæsta cavis latuere sepulta caver-
 Nunc tollunt cristas germina leta suas. (nis
 Mollia purpureum pingunt violaria campum,
 Gemmea frondenti gramine prata virarent.
 Nunc micat herba comis, nunc omnis perturbit arbos,
 Exultantque suis arboris & herba comis.
 Vndique turgescunt fœundi floribus horti,
 Floreque plandentes versicolorē nitent.

Flos

Flos quoque fragrantem per inanem refundit odorem,
 Et Syrio nares mulces odore sacras.
 Nunc jucunda Ceres spicis onerata ferendis
 Vernali tenerum pingit honore solum.
 Et quae muta fuit glacialis frigore Brumæ,
 Dulce sonat tenui gutture carmen avis.
 Regius expansum pennarum Pavo flabellum
 Erigit, & pennas ad suatergat rotat.
 Floribus instrepitans apis alto latas susurro
 Nunc mirâ flavos construunt arte favos.
 Luxuriant agni pratis, bœdique petulci,
 Et gestit latas dux gregis inter oves.
 Omne genus pecudum, gaudet genus omne ferarum,
 Squamigerumque salit, te redeunte, pecus.
 Ipsaque Phœbaeos dum lympha reverberat ignes,
 Fulget, & applausu lata tremente salit.
 Atque etas multis quos ferrea presserat annis,
 Aurea nunc nobis, te redeunte, redit.
 Nec tantum que Terra tenet, qua Pontus, & Aer,
 Gaudia seposito plena dolore novant;
 Ipsa sed exultat stellantis machina Cœli,
 Spirantque influxus sidera clara novos,
 Cynthia, Mercurius, Cythereia, Cynthius, & Mars,
 Juppiter, & gelidi plumbea stella Senis.
 Nam simul ac Patria tetigisti limina terræ,
 Cynthia latitiam lumine plena probat.
 Teque salutatum descendit ab abside summâ
 Orbis, & in Cyclo fit perigea suo.
 Unde tue dulcis fluxit facundia lingue,
 Mercurius superâ letus ab auge venie.
 Auspiciisque tuis adspicans deserit Austrum,
 Et tenet Arctoi signa benigna poli.
 Utque alacris late teſtetur gaudia plausu,
 Ecce Venus radio splendidiore micat.
 Phœbus ut optatam, Rex, te comitetur ad Arctos,
 Verticis ad punctum, te redeunte, redit.
 At Mars, pacifici quia non fert lumina Regis,
 Directo fugiens tramite signa subit.
 Dumque petit rapidi tecum SOL sidera Cancri,
 Horribili subiit Virginis astra metu.

vt petat

Ut petat occiduas cum Principe Jupiter oras,
 Retrogrado repetit signa priora gradu.
 Et ne quis vitreo splendescat in orbe Planeta,
 Poplite qui flexo non tibi dicat Aue;
 Saturnus fugiens Australem letior axem,
 En meat in Boream, te remeante, plagam.
 Et DEVS, immensum mutu quitemperat orbem,
 En jubet auspiciis cuncta fauere tuis.
 Ergo renascentis testatur gloria Mundi,
 Aurea cum PATRIAE saclare direire PATRE.

ANDREAS JUNIUS.

Vis consilî expers mole ruit suâ;
 Vim temperatam Dî quoq; prouehunt:
 Nec desinunt mulcere Reges.
 Nil nisi justum animo moventes:
 Dum Regis omnes gnavoriter indolem,
 Statumque regni, dis̄ditis procul
 Cernunt remotis: ecce Regem
 Nunc Solomona vident Britannis
 Praeſſe: votum par animo fuit,
 Eventus idem. Namque animus tibi,
 Rerumque prudens, & secundis
 Temporibus dubiisque rectus.
 Mentem scientem, qua populum tuum
 Justè regas, non Nestoreos dies,
 Ditesque opes, magnosque honores,
 Hostibus ambieras veſtragem.
 Orbis creator qui regit exitus,
 Regi benigno non modò p̄vidam
 Largitus est mentem, sed ultrâ
 Muneribus cumulauit amplis.
 Nomen Britanorum, atque Britannis
 Creuere vires, famaque & Imperi
 Porrecta Maiestas ad ortum
 Solis ab occiduo cubili.

Reges

QVæ cura Gentis magna BRITANNICæ,
 Plenis honorum muneribus, tuas
 IACOBE virtutes in ævum
 Per titulos, memoresque fastos
 AEternet? O quâ Sol habitabiles
 Illustrat oras, maxime Principum,
 Reges coruscas qui inter omnes,
 Sol imicat ut media inter astra.
 Multi volantes urbibus inferunt
 Ignes, & aqualem arcibus aggerem
 Tollunt, in altum adiecta queque
 Dejiciunt animo feroci.
 Multis voluptas agmina ducre,
 Grauesque tergis acriter hostium
 Instare, & optatum peractis
 Imperiū decus arrogare.
 Vicere Gentes indomita manu
 Multi: sed omnes insatiabilis
 Virgebat ardor plura babendi,
 Ambitioque tumens agebat.
 Injurioso non gladio domat
 Extraneos, sed dirigit aureo
 Sceptro suos, qui regna justa
 Et stabilita dabit nepoti.

Vis

Reges reliet non male patriâ
Nunc regna vestra invisere gestiunt.
Regesque legant jam orbem totum,
Ut sapiant, videantque mira.
Divisa longo tempore nunc vident.
Non Marte forti, sed Sapientia
Vnitasceptra: nunc beatas
Viuere i imperio sub uno
Gentes feroce. O ter amplius
Certe beati, quos regit ardua
Mens regis, orbem qui patentem
In placidâ regeret quiete!
Tu prater omnes SCOTIA maximè
Felix voceris: Te pie i unice
Ut patriam ambi, qui est tuarum
Grande decus, columenque rerum.

Rex ergo fausto confilio redis:
Votis diu nunc icta fidelibus,
Ducemq; custodemq; querit
Patria nocte dieque Regem.
Regnante nostro Cæsare, non furor
Civilis, aut vis eximet otium
Externa, que procudit enses,
Et miseras iniimicat urbes.
Affulserit vultus populo ut tuus,
Ibit dies i gratar, instar i
Veris virescent cuncta; campis
Et gelida fugient pruinæ.
Presentia Tu namque Diespiter
Ceu Phœbus ardens Aethere lucido,
Clar'e relucebis, dabisque
Perpetuam sine nocte lucem.

Plaudetur.



Ι κεν Ἀλέξανδρος βασιλεὺς χριτερὸς τε μέγας τε
Κόσμῳ ἐπικράτεος καὶ ἐπέταξεν ὅλη,
Μήτε ἔλω γε γραφεῖς τε, μήτε τις ἵκενα γλυπτὸν
Πειρότω γράψειν ταπείλε, μηδὲ γλύφειν.
Πλὴν φύσεις λόγοιν τῷ Απελῶ, οὐτε λέσχητα
Εἰκάσαιν τάσσους Εἵλαδος ἐνφράσεοι.
Οὐ δι' ἀπαγεῦσθαι Βρετᾶν, χερᾶς παρηκέμεναί ἀλλοι
Οὐδὲ δι' ἀδαίμονας, δι' τούμοντος μέγα.
Μᾶλλον δοῦ, περάτος συ Βρετάνον, οὐδὲ ὄπερ ἀμιστα
Καλύβοντας βασιλεὺς τοκτεύει δεινότερο
Μή τις βεσσεστίς τολμεῖτο τ' εἶκον, φυχῆς,
Γράφειν ἵπει: τελεῖς μήπολο γέρον διωταστο,
Ως δι' ἔχοι, δι' αγαμένοντο τορίζει Τίμανθης,
Οὐτοι σοι, καὶ γὰρ οὐδὲ διὰ τὰς ἀρετὰς,
Οὐ δινύρησα γράψειν ιδεῖς οἴω, ἀλλὰ σκέπασμα
Θῆσα, καὶ γράψα: Εὐθάδες ΠΑΝΑΡΕΤΟΝ.
Εὔδον Νάδες εχει, οὐ μονάτελο θεῖς τὸν Ανάκτα,
Καὶ εἰ Μειάρχειν, θεσσον Αγαθὰ φίοι.

IN REGIS Statuam EDINBURGI Erectam.



Aesaris extabant Heroica symbola Roma,
Rex orbem pedibus, Dexterā habens gladium.
Ast JACOBUS tua Edini sunt symbola, piano
Stas, orbem laua, & dextera sceptragerit.
Scilicet incerti Superū mensura futuri,
Aptat Principibus symbola quaque suis.

Cæsaris Orbis & ensis symbola. Temporis aquæ
Fortunæque levis symbola sunt paria.
Fortunam victor jactat comitem: ergo triumphans
Et statuam Romæ debet habere parem.
Qui duce Fortunâ gladio concenderat Orbem,
Judice post Orbe est trufus, & Ense cadit.
Te, REX, non Fortuna fugax, Maiorve cruentus,
Duxit ad eximum casta Minerva decus.
Te quoniam in rebus fulsit Prudentia cunctis,
Hermes ceu solidi mitteris ecce cubo.
Immotusque, Orbem potes amplum mente mouere;
Orbem namque manu, non pedibus retines.
Regalisque vales sceptri moderamine Mundum
Flebtere, juncta orbi regia sceptrageris.
Pergat ad immensum præcellens Navita clavum:
TU unus REX Mundi dignus es imperio.

JACOBUS REIDUS.

TVppiter aethereū quamvis moderetur Olympū,
Et teneat quicquid maximus orbis habet.
Viserē sepe tamen juvat incunabula, Cretam,
Naïadum τοῦ primi imbiuit ora cibis
Iuno etiam Spartam Pelopeiadesque Mycenæ
Deserit, oblectat cum mage grata Samos.
Ipse Claron, Tenedon, Pataraq; regna relinquit,
Maternamque petit Delon Apollo suam.
Quum superos natale solum sic tangat amore,
Semideos mirer si pia cura mouet?
Ergo agè, cùm Patriæ Rector dicare Paterque,
Vtere more Deum major & ipse Deus.
Vt cùm sepositis cupias tua gaudia curis,
SCOTIA sit Delos, Scotia, Creta, Samos.

IOANNES RAYUS.

Phœbus ut Eois roseeum caput exerit vndis,
Omnia jucundo lumine plena micant.
Vespere anhelos equos liquidis cum mergit in vndis,
Mox terras alis nox tegit arras.


R Rursus

Rursus ut illustrat radis rutilantibus orbem,
Lætitia exultat luxuriante solum.
Scotia fulgebat te tanto Principe nato,
Nataque gaudebat spemq; decusque fibi.
Ast ubi maturus Patria moliris habenas,
Affulsi regno gloria quanta tuo!
Angla ubi cum Gallis & Hybernis sceptra tulisti,
Scotia lugebat lumine cassa suo.
Lætitiam & lucem, lucentu tenebrisque remotis
Restaurat reditus, magne Monarcha, tuus.
Quantâ nox miseros prefit caligine, tantâ
Nos recreet noster Cynthius, opto, die.
Quod si fata negent, si nostra gente relicta,
Angligenum statuas rursus adire solum;
Exsuperes multos Tithoni, & Nestoris annos,
Quosque humana notant, aut pia scripta, senes:
Noster ut occiduis si Sol caput occulat condit,
Lætitia & spe nos exoriturus alat.

ALIUD.

Ret concurrunt virtus & summa potestas,
Aut nunquam, vati si sit habenda fides.
Principe conspirant in te feliciter uno,
At virtus amplio est amplior imperio.
Magna quidem imperii, tamen est finita potestas,
Inlyta sed virtus nubila transgreditur.
Imperium melius constat virtute, valeque
Plus virtutis amor, quam timor imperii.
Quem penes est virtus, penes est & summa potestas,
Imperat ille alitis, imperat ille fibi.

Iacobus Fairlie.



Ω572

Ω' στὶς Δρ θυγάτης τελεῖον φάες τελοῖο,
Τάστη οὐ τηλαυγής τέσσερες οὐδεαριμένης,
Αρχούσαν τεάνταν μεμελμένος ήθελι κόλπῳ
Χίρμα τε δέσπορ ήλθε, δυτημένον φοῖον,
Παμμελίον το λαζαρίδε τεβ; μουσῶν θεράποντας
Εῦφρονι μὲν δυμένως ξεσυμένως φιλίε,
Οφρα μετά τοι ήκον Λαχανία πρότον
Η' μὲν μάτι φίλη λισσουμα, & βλοτίε,
Ζάσοι δες φίνας αιώνια διδραν Ιαχείος
Σετενι τὴν τημὴν ένχόριες ψρανίν.

Ιλέμον Βασιλεος:

 Ualis Hyperboreis femeſtri nocte grauatis
Lætitia exoritur Sole oriente nouo:
Cujus ab Oceano radiis ſurgentibus alte
Diffugunt tenebra, frigora canaliuent:
Senſim vita redit longūm languentibus herbis:

Incipiunt sylva fronde virere novâ:
Sydera vaneſcunt furva fulgentia nocte:
Apparent tenebris corpora recta prius:
Rebus adeſt cunctis cœcâ ſub nocte ſepultis
Et vigor, & rīvus, qui ſuit ante, color.

Talia confectionis incessunt gaudia Scotos
Deliquio Phœbi per tria luſtra ſui.
Cum tuus affulget vultus, Ter Maxime Princeps,
Et lucem patrie reddis, Apollo, tu.

Nam quibus ater erat vultus, mens nubila, fuscus
Corde dolor tristi pellitur, ore nigror:

Quēſque impacatis odiis feracordaribant,
Mutuo amicitie fœdere juncta calent:

Incipiuntque nouâ ſubitō revirescere vita
Membra viatorum caſſa vigore ſenum:

Aurea jamque tua fuscat praesentia lucis
Supra alios multum qui mihiere prius:

Quæ loca ſenta ſitu, vel quæ ſqualore latebant
Corpora, purpureo cuncta colore nitent.

Cynthie ad occiduas currum ne flectito metas,
Ducat ut eternum SCOTIA leta diem.

Quod si fata vetant, si non juvat uſque morari:
Si patriam tristi condere nocte libet:

At ſaltem Eoas alternè pandito portas,
Neruat eternum Scotia caſſa die.

R 2 Andreas Stephanides.



Vid proceres hilares, & festa fronde pre-
mentes
Tempora, quidque equites clari ac ignobile
vulgo,
Quâ Caledon fusi circu se porrigit vndis.
Sacra canunt, digitisque lyras & pectine pulsant?
Nempe dies venit, venit lux aurea, multum
Exoptata tibi Caledon, qua magnus alumnus
REX IACOBUS adest, triplici diademe fulgens:
Dotibus ingenii qui Reges provocat omnes
Quotquot alit tellus humano è semine cretos:
Justitiæ fidène incertum clarior, an qua
Mitis præcipitem clementia temperat iram.
His ducibus comitatus adest, his undique cinctus
REX magnus magni magna admiratio mundi est.
Cernere nunc oculis majorem est omnibus illis,
Quos sibi prisca optarunt, laudarunt ve; futura
Aut auſtint olim promittere secula Regem.
Tu quoque, Rex, claris quamvis sis Regibus ortus,
Et proavos quamvis superes virtutibus omnes,
Divitias quamvis tibi spondeat Anglia multas,
Scotorum exiguo ne dedignere penates:
Scotiate genuit, nutrita Scotia, tellus
Nulla tibi patrio videatur amicior arvo.
Et nos Edini gaudentes turba Camœnis
Te colimus studiis nostris Musisque patronum:
Et cum permultos feliciter egeris annos,
Dulcem sidereo tibi vitam optamus Olympo.

Robertus Stephanus.



Hofphore redde diem, ne gaudia nostra moreris
Noſter adest Cæſar, Phoſphore redde diem.
Livor edax apage; Romano eſt Cæſare quovis
Dignior hic noſter, livor edax apage.
Cæſar, Alexander pepererunt Marte triumphos,
Tempore ſic priſco ceteraturba ducum.

Tu

Tu plures almâ peperisti pace triumphos,
Inclite Rex, omni tempore pacis amans.
Pacificus vixti dum Scotia ſceptra tenebus,
Anglica gens nullo ſanguine parta fuit.
Pacificus Patriam (Domino aspirante) revisis,
Transigit reliquos (qua pote) pacis dies.
Cruda gerant gentes inter ſe bella prophane:
Fraternam pacem terra Britanna colat.

V Na eſtas hilarat mortalia corda quot annis,
Vnus & aherero Phœbus ab axe micans.
In patrios fines te, Rex Iacobe, reverſo,
Bino eſtu, dupli Scotia Sole viget.
Prata virarent, campirident, fert florula tellus
Germina, tu flores, Rex Iacobe, magis.

O fortunatos nimium ſua ſi bona nōrint,
Scotigenas, tanti ſub duciſ imperio.
Perge jubar Regum Scotorijs, Angloj, forvere,
Et quod amant Christum ſub ditione tua.
Pergito degeneris tenebras diſpellere Roma,
Perge Deum vera Religione ſequi.
Te tandem Christus regno potiore beabit,
Supra ſolare, fidere amque domum.
Scotia tu reducem diuino munere Regem
Excipe latitiā, lautiāque tuum.
Rex cœli hunc mandat, ſperat terrenus honoreni:
Sic dabit intuitum Rex tibi uterque ſuum.

M Agne Britannorum Princeps, cunctis jubar ingens
Gentibus, immensa quas continent orbita terræ.
Stella nitens Patriæ, Muſarum gloria fulgens;
Iustitiae cultor, veræ pietatis asylum,
Defensor fidei, columen virtutis avita:

Quale decus Phœbus ſtellis, Phœbe que ſorori
Impicit, radios totum qui fundit in orbem;
Tale decus cunctis, O Rex preclare, Monarchis
Addis (mordaci rumpantur ut flia Mom o,

S

Et fre

THE MUSES WELCOME,

Et fremat immensum Satanas, Sataneq; satelles)
 Exoptata diu jam lux affulit ab alto,
 Omne felici, Christo ducente, Penates,
 Et Patriam antiqua prope post tria lustra revisis.
 Crebra tue querunt proceres en oscula dextera,
 Oscula de vota affectus testantia mentis.
 Et geminat multam plebs vndeque fusa salutem,
 Pectora tantus amor natui Principis urit
 Vixendi studio, sic ut norcurrere cunctos
 Sed volitare putet, (plantis amor exhibet alas)
 Sexus uterque, etas omnis, volat obvia Regi.
 Nil tardare potest, ferit aurea sydera clamor
 Gratantis populi: crescat precor illa voluntas,
 Testeturque aliis studium gens integras signis:
 Carmina pars dicat, pars ducat leta choreas,
 Munera munifico Regi pars larga propinet.
 Salve igitur multum, salve celeberrime Princeps,
 Ecce tibi obsequium, & fortunas sponte votemus.

Alexander Douglaſius.



Ex populum, sanctusq; fidem, prudensq; se-
 Lege regis, hypo protegis, arte reples. (natū,
 Vir diuos, doctus Musas, & largus egenos
 Ore aquas, Sophia vincit, & aere reples.



Uas gentes nulla poterant conjungere vi-
 Firmaq; non ullo pax sociare die; (res,
 Has pace aeterna nectens, mirabile viju!
 Ijg; rediſq; unus, primus & unus ouans.

Gulielmus Scotus.



Ualiter Hesperidum culti dum pullulat hor
 Solsequiū, valvas fertq; refertq; suas: tis
 Solis ad occasum luget; quia lumine cassum;
 Solis ad exortum germinat, halat, biat.
 Hispidus haud aliter SCOTORUM carduus,
 Accinctus spinis, purpureisque comis; (altis
 Quoquo-

TO THE KING'S MAJESTIE. 71

Quoquo versus abis votis, vultuque sequaci
 Vertitur, heu vitâ Sole vacansque suo.
 Sentit enim solio dum tu, Rex clare, coruſcas
 Numinis instar, opes; luminis instar, opem.
 Puncta Poli tetigit Titan duodena duoque,
 Nec caluit radix carduus ille tuus.
 Nempe Rosam exhilarans, atque exhilaratus ab illa,
 Rore, calore tuo; flore, colore suo.
 Purpureumque licet vallabat plurima spina,
 (Pacis & Altrex symbola certarue;
 Purpura namque refert pacem, Jus spina vire scens,
 Illius haec fomes, Juris & illa comes)
 Atcamen interea viduos transfigimus amos,
 Defuit & viridans, & vetus ille vigor.
 Jam quererdis, rhedis ceu Titan vectus Eois;
 Atque animus nobis, vita, vigorque reddit.
 Vive diu Soltu solus, pacisque patronus,
 Dum ferit vnda oras, dum feret astra polus.

Ioannes Nimmo.



RTA Caledoniæ est lux optata per amos
 Multos, spe & votis ante petita piis.
 Non fulsist terris clarâ tam lampade Phœbus,
 Qui radiis terram percudit auricomis;

Quam tua magnanimos decorat præsentia SCOTOS,

Torpentes Musas mulcet & exhilarat.

Quæ ad te confugiunt, O vatum maxime Princeps,

Artes Phœbaas qui regis arte tua.

Quem pietas, quem vera fides, quem celsa potestas

Regia condecorat, semideumque facit.

Pectoris alma tui radios tua SCOTIA sensit;

Quam nunc incensam reddis amore tui.

Templa, Arces, Vrbes, augusta Palatia, Campi,

Gratantur redditum, MAGNE IACOBE, tuum:

Nestora ut eloquio superas, tibi Nestoris annos

Exoptat votis SCOTIA perpetuis.

ROBERTUS SMITHUS.

S 2

Quid

Quid nunc canorà pangere barbito
Musas coëgit carmina? Principis
Adventus est, agros Edinæ
Sic qui animos reficit Camœna:
Arst suorum visere Rex bonus
Fines remotos, impatiens moræ:
Non illum, opes si polliceris
Attalicas, licet impedire.
Namque in populum crescit amor suum:
Natalis illi est aura cupidini;
Gaudetque campos intueri
Rex proprios, Patrios penates:
Miranda virtus carmina postulat:
Pax, non priori cognita saculo,

Qualem per orbem non videbit
Sol rapidos agitans jugales.
Nomen timendum gentibus exteris
Evadit: hujus finibus imperi
Durabit ingens & colendum,
Quod tribuit pietas fidesque.
Tot regna sanctis subdita legibus,
Sincera & horum Relligio, tuo
In corde virtutum reposam
Congeriem penitus recludunt.
Tu charus Anglis, optime Principum,
Te Rege pacem servat Hybernia:
Passimque Scotti gestientes
Excipiunt avidè reversum.

Jacobus Loganus.

Inclytus, O Rex, generate divis,
Scotie custos nimium diu absens,
Imperi fines, patriosque tandem
Vise penates.
Jupiter magni gravitate sceptri
Gaudet amotâ Cybelen & urbes
Gnosiæ; Delum modo fluctuantem
Visere Apollo.
Redde, Rex, lucem patrie, benignus
It dies Scotis ubique fulget
Instar aurora diadema, sacri
Splendor & oris.
Filium ut clamat precibus, nec unquam
Dimovet curvo faciem rigentem
Iltori mater mare bellussum
Nave secantem:
Icta sic Regem studio fideli,
Maximum gratis animis, amore et
Debito, plus quam nimium morantem
Scotia querit.
Lustra vertentem tria post IACOBUM

Fronde demonstrat viridi, canique
Sylva, vertentem decorans renato
Gramina flore.
Jungere en Regis properat catervis
Musa se, aquales numeros sonare
Docta: post Regis sequitur Phalanges
Castæ Minerva.
Hospes ergo ad sis, Jacobæ, regnans
Quâ jacit Titan radios reflexos,
Rex sui, prudens, sapiens, serenus,
Rexque suorum:
Rex avis major, tibi grata pandit
ALBION primas tenerasque cunas
Et tibi gaudens Pro avos potentes
SCOTIA pandit.
En sinu ut te capiat resolvit,
Se, frui paulò poterit benignè
Rege si tanto, reputans beatam
Terque quaterque.
Quis timet Maurum, metuit Sicambros?
Quis Tyrum, Pœnum, timet aut Iberum?

Ven-

Vendicat dum tam celebrem & potentem
Scotia Regem.
Transigens annos propriis in arvis
Qui querus finit propriis paternum
Bubus; & mensis laticum secundis
Libat honorem.
Voce te multo sequitur meroque;

Nunc voce, & prece debita,
Nunc gratis animis & studio pio;
REGI propitium D E V M
Placate, incolumis quiredit Anglie
A terrâ in patriam ultimâ:
Signetur niueâ hac fausta dies notâ.
Veris sit vice libera
Terra asticta hiemis frigore & imbris
Annos mortua Scoria
Bis septem, ex reditu Principis incliti
Vivit: quâ Patriæ lyrâ
Patrem commemorem? Laude Britannia
Qua Regem recinam? Decus
Terrarum, Boreæ carmine gloriam
Quo dicam? Attilium fide,
Cultu Pomplium; Pallade Pallada
Vincit. JUSTITIA suâ,
VIRTUTEM propriis vincit & artibus.
Orbis qui mediter facem
Cœlis inferere & consilio Jovæ?
Quis Martem meritò efferet
Loricâ, aut tunica indutum adamantinâ?

NTe sperabat, sperabat Scotia, & in te
Sperat adhuc, in te Scotia sperat adhuc.
In te dum sperat sperat meliora, caducam
Nec spem dum speras Scotia habere potest.

Georgius Synserius.

Scotia vel solis Regis natalitiis sola felix.
JUSTITIA ac pietatis amans REX, vita, salusque,
Cor, Caput, is solus omnia & est populo.

Omnia

THE MUSES WELCOME,

Omnia terra ferens habet aurea saecula : dici
Aurea saecula tenens sola beata potest :
Quae te produxit tulit omnia Scotia : dici
Sola ergo in terris terra beata potest.

Ad Regem acerrimum Regie potestatis vindicem.



Uantum alias super ant sortes diademata,
Supra alios Reges lucida gemmicas. (cantu
Nam que alii debent Sceptris munimina Re
Illa enses Regum, purpura, scepteratibi. (ges
Fergusius regni, Imperii sit Cesar, at omnis
Imperii & Regni Conditor unus eris.

JACOBI currus triumphalis & TRAIANI.



M, numera, Traiane, satas in sanguine lauros,
Quas prius urbs emit, quā tibi Roma dedit
Circumverte oculos cernes quanti emerit Hor
Sic pingit sortem currus utramq; tuus. (Stis,
Tu jacta ex orbis (Rex magne) salute triumphos,

Orbis, cui te non charior ipsa Salus.

Continuatus adhuc fluxit tua vita triumphus,

Sic sine iude beans orbis utrumque latus :

Quid mirum? in solido nam currus vertitur auro,

Quem dubie fortis nescia dextra regis.

Dum pro axe est pietas, animi moderamen habenet,

Pro Biugis mentis candor, & orbis amor.

De orbe armis domito Cesar, Tu de tribus orbis

(Perfidia, Invidia, ac Impietate) malis.

Salve & Vale Patriæ ad REGEM.



Onjuge ut exultat longo post tempore viso
Qua jacuit viduo casta marita thoro :
Sic ades, O Rex magne, mihi gratissimus ;
Rara tui, vita gloria sola mea. (ari

Amplexus ne solve meos, charissime conjunx,

Eia mane quid abis? tu, mea vita mane :

Sed si aliud poscat superis tibi credita cura,

Vtile quod tibi sit ferre necesse mibi est :

Ergo necesse tibi sit quod mibi & utile, & illic

Curam amore mora vincito damnatae.

Sponsam absensque putas quod tangere possit amantem

Quicquid sollicitus fingere non vit amor.

TO THE KINGS MAESTIE. 75

De ingressu Regis in SCOTIAM 13 Maii
Quo die SOL clarissimus illuxit.



Primū Patriæ tetigisti limina, Phœbi
Est sibi visa novi Patria luce frui.
Vidit & indoluit Phœbus, dolor arsit in ira
Certantem lucem vincere luce tuam.

Dum potat nubes, ventos dispellit, & auro
Depingit radios, multiplicatque suos ;
Entib cedit adhuc : mersum nox nulla secuta est,

Sic IACOBUS uno lumine mundus ovat :
Cetera riserunt que accendit sidera Phœbus,
Quod caderet dextrâ Phœbus & ipse tuus.
Quis ille ; Aethere sum lux ego lumint, ille
Sed super-aethere splendet imago facis.

ROBERTUS BALCANQUALL.



Anguida vivifico Phœbi spoliata nitor
Emoritur Clytie, luctum testata ruente
In terram capit is nodo, dum pulchra resurgat
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Tum sinuata hilari distendit brachia vultu,

Et tota optati Solis complexibus haret.

SCOTIA non aliter placidi, Rex maxime, vultus
Affectu viduata tui moerore per annos
Ter quinos confecta jacet, semperque jaceret
Obruta, ni nitidos oculos faciemque serenam
Cernere fas tandem foret, ut surgentia solis
Lumina queis fessos artus moribundaque membra
Nostra foves, tristisque tuos à morte reducis.

Salve igitur multum, Regum Rex maxime, salvo
Ingridere optatam Patriam, salvusque revise
Que loca grata tibi, felix terraque, marique,
Aeternumque tuos & te diadema coronet.



Uanta animæ humano virtus in corpore, ta
Principis in regno cernitur esse suo : (ta
Illa velut presens corpus vegetatæ, foveatq;
Illa abeunte, putres hoc abiit in cineres.

Sic ubi festa micat Regis presentare regno,
Omnia vivifico facta calore vident :


Illa ubi concessit fatis abrepta finistris,
Omnia tabifico mersa dolore labant :

T. 2

Qod

Quod tu sollicitâ tecum dum mente revoluis,
Ecce tuum pectus regia cura subit;
Languentem ut patriam, tristique in morte natantem
Lethiferis præsens fluctibus eripias.
Hoc studio superas fastidia longa viarum:
Hoc studio sumptus exuperasque graues;
Vnica dum patria tete anxia cura remordet,
Quam properas radiis lenè fovere tuis.
Ecce igitur patriis Rex optatissime Scotis
Imber ut astio fidere gratus ades.
Quique salutifero revocasti lumine vitam,
Non minus ac dulcis vita cupitus ades.

Iacobus Scotus.



CONCLUSIO.

CARMINA gratantur quæ te, Rex Magne,
reversum,
Hæc quin nostra velut nimium temeraria dam
nat,
Quod je delicii nudataque diuite cultu
(Quo nituisse decet Regis subitura verendos
Aspectus, coto radiat qui maximus orbe)
Dent oculis lustranda tuis, consideret idem
Te procul a nobis jam per tria lustra remotum,
Enthea qui præsens rapiebas pectora Phœbus
Tempore quo fœcunda prius præcordia marcent,
Priscus & ingenii penitus deferbuit ardor.
At verò ut superis de votâ mente litatur
Pleniū, ac si milie Boum pinguedine opimâ
Fumidus excelsum confundat in athera nidor:
Tu quoque qui summum clara pietate Tonantem
Et bonitate refers, animi hac exilia grati
Pignora, nulla tenet nostras dubitatio mentes
Quin animo accipias facilis, vultuque sereno.
Gratia ne meriti pereat ve evanida tanti,
Nos sine fine piis onerabimus athera votis
Excubet ut sacrum Numen tibi per vigil usque;
Nestoris & longos clemens indulget annos:
Totque tuum cinxere caput que insigne coronis
Eternam in cœlis addat post fata coronam.

FINIS.

THE
KING'S MAIESTIE CAME
TO HIS PALACE OF FALKLAND

THE XIX. DAY OF MAY,

Where was presented to his M. this Poëme
following.

ΣΥΝΕΥΦΑΝΘΡΙΟΝ.

Dñe vale, vosque una olim mea cura sorores
Ite novem: Vanis vestra haud ego numina votis
Solicitare paro: nec jam deserta per alta
Parnassi me raptat opis spes indigavestre.
Quippe alium faciliter vertitur orbita cliro
Ad Phœbum, cuius facies mihi reddita, anhelo
Acreis nescio quos stimulos sub pectore versat.
Ægide confœcta, ferali ac Gorgonis ore
Diriguere homines in saxa, at saxe a corda
Molliat hæc facies, atque entheasensa ministret.
O dilecta Deo facies! cui Jupiter ipse
Cesserit, aethereâ vultus ut luce coruscos
Indueret; Semeleque istos redi viva reposcat.
Ergo te hic sistis reducem Rex magne? tueri
Ora datum? & notas audire & reddere voces?
Optatam O lucem toties! quâ nulla reluxit
Candidior, ne tum domitâ Babylone superbâ
Magnus Alexander magni cum flexit habenas
Orbis, & extremos sua sceptra extendit ad Iudeos.
Namque licet compos tanti moderamini, illum
Attamen haud iterum post tot repetita trophya
Dii voluere unquam patrios in visere fines.
Numen at ecce tibi concepit, ut ante senectæ
Stamina quam seræ tibi Clotho emensa, revisas

U Maiorum

Majorum, et atque tuae incunabula prima.
 Ergo veni, amplexare tuos, vlnisque tuorum
 Amplexari aveas, magnorum ò maxime Regum.
 Nec verò allicimus tam opibus, Gangetica tellus
 Quas fundit; donis ve Ophyre que flava caminis
 Excoquit Eois, vel que Tagus aurifer amnis
 In mare purpureum rapidis de volvit arenis:
 Quàm fidè haud corruptum unquam libamus amorema
 Mentis; ò hoc patrem patriæ te amplectimur uno.
 Quin suatela licet jamjam mors sœva minetur,
 Haud nocitura tamen te viso: conjugis umbram
 Laodamia sui sic presbit, letaque vitam
 Exhalasse viri memoratur imagine capta.
 Quid vero amplexus petimus tanti hospitis? eheus
 Vota retractamus: Patria nam fumus Vlyssi
 Gratior illecebris et si Lotique, Deæque,
 Solis inaccessos habitat quæ filialulos.
 Attamen amplexus haud nostra hac munera sorti
 Conveniunt, gemino queis vix par orbis ab axe.
 Alcida nec enim debetur gloria tanta
 Fixerit aripedem cervam licet, atque tot omnes
 Sparserit in terras gravium monumenta laborum,
 Quanta tibi, Rex magne, tibi cui monstrata tremenda
 Edomuisse datum, que Roma effudit, ò ipsa
 Viscera telluris nostra: graviore periclo
 Deucalioneis quam quo crevere sub vndis
 Monstra ea Phœbeis quondam confixa sagittis.
 Ac veluti Herculeus peregrinas alite fama
 Tot liquit memoranda labos documenta per oras:
 Haud fecus hinc totum virtus tua fusa per orbem.
 Sint Batavi, Batavisque hostis sit Iberia testis,
 Sitque omnis Rheni tractus, quaque alta fluenta
 Visulat tot riguos spatiosè effundit in agros.
 Et magna Hadriaci Veneti vos gloria ponti,
 Vos (quod in hunc totes oculos atque ora referre
 Publicares moneat) vos inquam appello, fidemque
 Vestram illam, quàm non populos modo flexerit, at quàm
 Et reges regat hic, ò quàm unus mole sua stet.
 Non ita Tantalides juratos Aulide Graiūm
 Tot reges, regumque atavos, regumque nepotes

Enic-

Enicuit supra, solio subnixus eburno:
 Aut domus omnipotens cœli cùm panditur, almus
 Inter permixtos divis Heros ab alto
 Jupiter, ò totum nutu cùm concutit orbem:
 Qualis, consilio regum procerumque coacto,
 Progenie hinc, bis saecula decem, numerataque fastis
 Quam tot avorum effert series longissimaregum:
 Hinc veri atque equi solerti indagine, Phœbus
 Quos videt, hic reges vnius supereminet omnes.
 Scilicet is, digno virtus quæ principe digna,
 Quid jus fasque ferant, suis ò qui Regibus altis
 Conset bonos, magna proclamat vōce per omnes
 Terra oras, sopitque ignes, quos monstra pararunt
 Igneo ab Ignati quibus ordine fluxit origo
 Monstra, quibus non Armenia deserta peragrat
 Sanguinis innocui Tigris fitientior ulla.
 Blanda quidem specie, sed si penetratia mentis
 Pervia, serpentum pateant spiramina mille,
 Mille nocendi artes, quibus haud requiesce modus ve.
 Illa Deus supra contemptum lucis ut latas
 Nostra luat, Stygiis emergere pignora Noctis
 Sedibus est passus: dedit hac canis oratrifaucis,
 Argi oculos, cervique aures, vnguesque Celenus,
 Eumenidumque alas, ac qui tegit omnia vultum
 Ambiguum Protei, nunc hunc, nunc protinus illum.
 At quamcumque novent faciem, quamcumque figuram
 Pectoris induerint, manet, aternumque manebit
 Consilium hoc, Reges scelerato exscindere ferro.
 At verò Calais Zethesque ut, sydere fausto
 Pulchra satos Borea quos edidit Orithya,
 Obscenas dirasque procul, Phineia mensa:
 Vt fœda sine labore foret, pepulere volvres:
 Haud aliter, Rex Magne, Aquilo, Septemque triones
 Ter gemino cuius jaçant se subdere colla
 Imperio, Harpyas, Roma indignante, rapaces
 Has procul exegisti, atque haec ibi monstra subacta
 Ingenii felicis acumine, quod tibi in uno
 Te ornando sese major Tritonia Pallas
 Annuit, ò sacra divini oracula verbi
 Noctes atque dies qua dum perpendis, ò acris

U 2

Jud.

THE MUSES WELCOME,

Judicio rimaris, abis ad tempora prisca,
 Teque tuere horum exemplo, siue impius auras
 Arrius ad superas remeat, Phlegetonte relicto;
 Senova procudant alii sua dogmata, sectas
 Ut foceant: que (prob!) tot succrevere, quot vsquam
 Pane urbes sacra loca Baptismatis vnda.
 Hinc fera bella movent, et dum concurrere ferro
 Sic properant, ferrum cognata in viscera condunt.
 Haud secus ex anguis Cadmai dentibus orti,
 Quos ve ita prognatos mirata est Colchicatellus
 Fraternis in se versi cecidere sub armis.
 Interea quorum est tantos componere motus
 Reges non id agunt, posito ut certamine, C H R I S T I
 Mystica membra optent corpus coalescere in unum.
 Ast alie hos agitant curae, quin flamma perennem
 Duret ut ista, exhibent studiumque operamque perennem.
 Tu verò antiqui ad fidei primava reducis
 Dogmata: et unire hec conarisi opilia sparsa.
 Dum non pastores sequeris quos devius error
 Noxia diducit per pascua, nuda sed usque
 C H R I S T I, sanctorumque premis vestigia patrum;
 O si consocies! non cluso limine Jani
 Augustus, tanto non Constantinus honore
 Magnus se jaetet, quantum virtutibus addet
 Hoc meritum, meritisque tuis hec maxima virtus.
 Nec Constantino tot pectoris indita quondam
 Munera, quot tibi sunt praestò si expendere sacra
 Hac per versa sinant; quae bella, heu horrida bella
 Irrequieto agitant animo: pacisque recidunt
 Semina prima, unam mentem, et cor calitus unum.
 Sed pacis studiosus amor, sed dextera semper
 Innocua, ac mentis seu vis illa infita, rerum
 Seu longo collecta usu prudentia certant
 Te decorare adeo, ut dubium diademate Rex sis
 Major an ingenio: quo non speciosor ardet
 Chrysolithus, quam vis nativo interlitus auro.
 Namque illud tanta illustrat clementia, ut ipso
 Vel hostes super irradiet, licet obvia ab ortu
 Et gravia et vicibus repetita pericula multis.
 Tuque adeo Rex magne agedum, sic perge, nec ausus

Imped-

TO THE KING'S MAJESTIE.

Impediant sanctos male sana ac hostica passim
 Consilia, aut que dira fovent molimina vota.
 Si Deus haud contra, quis contra insurgere tentet?
 Ille tuos hostes ceu cera liquecit ab igne,
 Coctilis in scrupos et testa resolvitur, omnes
 Conteret, atque sua nebetent fibretia pene.
 Extera si regna hac concordia fædera pacis
 Respuerint peritura sui, ut Narcissus, amore:
 Perge tamen, Rex, perge tuos unire, nec ullæ
 Reliquiae invidiae subsint veterum de malorum.
 Inque unum cœcum et leges coëamus in unas.
 Hinc, veluti que multa virum jam sacula vicit
 Visceribus terra penitus defigitur arbos,
 Brachiaque extendit, que non superare vel Austri
 Præcipites valeant, vel fulminis alitis ira:
 Sic vincio hoc C H R I S T I sacro-sancta Ecclesiæ postquæ
 Reddita bello, Anglus cuius pars magna futura
 Grata rudimenta et primordia pacis amica
 Belliger exhibuit,) solido fundamine sedes
 Hic postura suas, si te tria regna sub uno
 Fœderæ amicitia tandem hac initura perennis.
 En tota hæc mundi compages nonne parentis
 Vno naturæ est, gremio dum ponus opaco
 Se terra insinuat, dumque oscula mutua captat?
 Hinc unum in celeri decurrunt flumina lapsu
 Oceanum, oceanus refluias post egerit undas.
 Cursusque his variant vicibus, variantque recursus:
 Hæc elementa fovens aer se expandit ad omnes
 Terræque tractusque maris, genitalis et inde
 Humor, et inde hominum ac pecudum, vitaq; volantum:
 At cœli hos campos liquidos en axis uterque
 Excipit amplexu. Tanta est concordia rerum.
 Complexus di velle istos, luxataque fiant
 Membra, haæ congeneres partes, en protinus omnis
 In Chaos antiquum reditura hac machina Mundi.
 Sic rerum Natura parens his nexibus omnes
 Mollit, et in nostrum penitus confirat amorem.
 Tum sedes una est, uno circumsona ponto,
 Vni hostes, uno sociique ligamine pacis
 Evincti, atque una haec arctoi climatis aura,

X

Vna

THE MUSES WELCOME,

Vna & lingua, atque una fides, DEVS unus, & unus
Rex, decus atque tui meritò pars maxima regni.
Quæ vero comitum, quæ tanta hac turba tuorum?
Saxonidum profecti arvis? ipsique vetusta
Saxonidum de gente, cuius en, SCOTIA, regnus
Succedunt? Stabiliſ que tibi quin pacis olivam
Prætendunt inſigne manu, quæ ſpicula vibrans
Olim acie inſtructa, noſtroque imbuta cruce,
Fortunam hic bellis tories experta vicesque eſt.
Tum vero alternis certatum eſt cladibus, eheu!
Devotasque animas morti per tela, per hostes
Dum ruere appoperant, non flentis ab ubere matris
Pignora flexerunt, non charæ conjugis ulli
Amplexus, non arva ſuis viduata colonis.
Heu desolatas vrbes! heu conjugæ cassas
Tot viduas, charis puerosque parentibus orbos.
Alme pater talem hinc noſtriſ avertito peſtem
Finibus: & pacem diuino robore firmans
Hunc letum Scotisque diem, Tamelique profectis
Eſſe velis, noſtroſ que bujus meminiſſe nepotes.
Adſit lætitia Bacchus dator, & bona Cornu
Copia. Magnanimos namque haud furibunda flagello
Sanguinea Bellona duces jam poſcit ad arma,
Teſſera non cediſſit ſignum, non flumina inundant
Sanguine: ſed poſtit armis in ſecla recurſunt
Aurea, & aternis firmitatim fundamētis.
Sic eat, atque hilares libeat transmittere ludo
Hinc noctes atque inde dies. Juvat, en juvat alta
Per volitare juga, aut vasto quaſavus in antro
Abdit aper catulos. Sic poſcit odora canum viſ,
Et lato, Rex magne, tua hec vendula ferro,
Quæque feras reddit faciles hec mitior auræ
Temperies, atque avidis jam ſubdita flamma medullis.
Nam Venus ut blandum inſpiret per pectora amorem
Nunc Paphon, Idaliumque ſuum, nunc alta Cythera
Linquens, nota ſubit placide ſpeleæ ferarum:
Quas actas cecis ſtimulis tibi, Maxime Regum,
Cogit ovans, raucoſ renovant dum cornua flatuſ:
Montium & affenſu vox ingeminata remugit.
Saltibus ecce etiam Fauni, Dryadesque relikti,

Virgin

TO THE KING'S MAFFSTIE. 83

Virgineisque choris accedit Delia cincta,
Delia que mærens, te nempe abſente, tot annos
Spreverat arma ſuis nimium defueta triumphis.
At comitum è latebris alia pavitantia turbant
Agmina cervorum jaculo, convalibus imis
Præcipitanț aliae, celeri juga ſumma volatu
Contendunt ſuperare aliae. Simul emicat ardens
Venator, curſuque leves prævertitur Euros,
Nec prius abſtit quām fixus arundine cervus,
Quiſquis iſ, in vacuis moribundus concidat arvis.
His ubi finis erit tandem, Rex optime, luſtra
Tellurem patriam quoquo vefigia flectes,
Quoquo oculos, pars nullatuis non inclitaſ aftis
Oſtentat monumenta. Aquila hic, Romanaque ſigna
Ceffere: Hic Dano de ingentierecta trophaea:
Ultima & in cineres collapsa hic gloria Pieltis:
Brittonum at inde plaga eſt tristi commissa duello
Vtraque, que cedes mente aversata priores
Ingenua pacem unanimi jam peccatore ſpirat:
Hanc Reges ſtatuisse urbem dicuntur: ut iſta
Nobilitant Regum cineres manesque ſepulchra:
Hicrurus cumaque, Laresque, & chara Penates
Numina, que prime quondam tibi conſia lucis:
Hic poſquam firmata virum te fecerat atas
Exeruit tua ſe virtus, verique laboris
Fortuna, uſque adeo totum celebrata per orbem.
Sic oculos Rex paſce, urget breve labilis & vi
Curriculum, ſeroſque ſeni que lubricat annos
Canities: niſi fors primos foliauſ ad annos,
Vi rediit dubia tectis lanugine malis,
Hoc cœli tractu, puro hoc natalis & haſſtu
Aeris, addat idem Funonia muneris Hebe
Et plenis renovata fluant tibi Stamina fuſis.
Sicque utinam eveniat. Memor iſta volubilis atas
Quām tamen, hec tanquam nunquam hinc cernenda per a
Dum licet, hauri oculis avidis. Huc pompa Deorum (vum
Invitat. Neptunus equos, clafesque, viriles
Mars animos: ſegetesque Ceres, Nymphæque ſalubres
Dant fontes, altis & flumina montibus orta,
Siue Caledoniis decurrant ſinibus, aucta.

X 2

Gram-

THE MUSES WELCOME,

Granius hac cano ceu vertice fundat, ut oras
 Lambat Abredonias; quippe addictissima REGI
 Fsta suo, & reliquias supra officios a sorores,
 Ille usque officios celebres licet omnibus omnes.
 Vin' flores? rident horti hinc, hinc prata corollas
 Dum calathis sua dona legunt nectuntque Napae.
 Quin ipsa invitat coeli indulgentia, amicè
 Cunctaque confirant elementa, tempestibus auris
 Lassant arva sinus, atque omnis ubique reficit
 Flatus, ut aequoreis placide se attemperet undis.
 Tum nataliciam veluti si lata novarent
 Fata tibi lucem (Livor depaverit atris
 Se licet in tenebris,) totas delubra per orbes
 Latitiam, plaususque patrum, populique secundos
 More novo ingeminant, dum sydera voce laceffunt
 Cum teneris pueri, matresque, murusque puellis.
 Edocturi inter mensas vestigia quondam
 Quæ tua, quas ve ingens orbis imple veris hospes.
 Quin adeo tenuis si quondam rura Molorchi
 Alcidae, magno quamvis Jovis incremento,
 Sique ipsi placuere Jovi tua tecta Philemon;
 SCOTIA nonne tibi placeat tua, Maxime Regum?
 Dives agris, opibusque potens, quas exigit usus
 Vita etiam illustris: magis ast opulenta, superne
 Quæ tibi concessa est, vita: tu gloria nostra,
 Tu gaza, nostrumque tuo fulgore coronas
 Fulgorem, laudesque quibus Mayortia gaudent
 Peitor aut indigenis. Nam nos & nostra tot illa
 Oppida munitæ haud tresses, haud ardua cingunt
 Mænia, sed dextre Spartæ, vincula fœde,
 Teste vel invidiæ, nunquam servilia passæ.
 Quid? vieti an vinci potuere? an cedere pulsi
 Scotigenæ? quorum vires atque inclita gesta
 Aggeribus foſſis que ipsa est cohibere coacta
 Roma, ea quæ Parthi injecti frenæ superbis.
 Libera colla jugo: tibi sic dat subditæ regi,
 Ut rosea seu luce dies retegatur, opacis
 Seu tenebris nitidam nocte lucem in volverit atra,
 Fstis nulla domus non compleat æthera votis.
 En nos summe parens vitaque necisque potestas.

Q. em


TO THE KING'S MAESTIE.

Quem penes est unum, meritæ tibi solvimus uni
 Ore animoque uno grates: quod vescimur aurâ
 Vitali, quod amicæ tegit Concordia pennis
 Hec niveis tua regna, procul discordibus armis;
 Quod pia sacrati sequimur compendia verbi,
 Muneris usque tui totum est: tu fautor & autor.
 Quippe illum in columem prestat, quo softite softes
 Publicares, labente labat, tractura ruinam
 Cum sonitu ingentem. Que ne Pater optime vincat
 Hec retro in pejus vergentia saclat uorum
 Da Pater, ô votis. Atque ut virtutis imago
 Et Regum exemplar virum Rex omne dextro
 Hactenus hoc molitus iter, sic salvus & usque
 Auspiciis letis faustum hinc iter omne revolvat;
 Et longum, at dulcis patriæ memor, exigat axum.

DAVID WEDDERBURNUS,
 Abredonenfis.

THE
 KINGS MAIESTIE CAME
 TO KINNAIRD ON THURSDAY
 THE XXII OF MAY,

Where was presented to his M. this subsequent
 Poëme.



Augustissimo, ter felici,

IACOBO MAGNÆ BRITANNIAE, FRANCIAE, ET HIBERNIAE MONARCHÆ: *Fidei Defens. &c.*

S C S I P R O T U I S I N H O C Æ V U M

meritis, & ingenitâ illâ virtute, quæ non alibi altiores egit radices quam in isto pectore,

Augustissime Monarcha,

*S*paria à *Musis* retribuerentur præmia: aut si de se hoc polliceri posset *Apollo*, ut egregii Principis egregias laudes stylo satis dingo, & encomiis non intermorituris, ab omni oblivionis vindicare injuriâ auderet: immemor ego omnino mei essem, & propè jam *Liberina* hostia, si non in hanc arenam lubentissimo animo primus descenderem. Vertum quum in ipso statim conatum meorum limine, expectationi huic nihil respondere viduisse, spem penitus omnem abjeci; & insolito virtutum tuarum fulgore confusus, *Harpocraticum* mihi plane silentium ad præsens indixi: qui si quid in me virium comperisse, non stimulis ad hoc urgendus, sed potius sufflaminandus fuisset. Interim, ne prorsus *ανθεβλος*, illum ad S. T^m. M^m. mitto, qui desiderium meum in hoc ex aliquâ parte impræsentiarum leniat; & quod ego vix sperare ausim, effectum planissimè reddat, **N E M O** intelligo, qui solus apud omnes invenitur tanto oneri subeundo non inceptus. Ille enim unus te digna canet; ille peccatus illud omnibus pervium *Gratiis*, & ipsâ humanitate humanius, usque ad *Invidiae* ringentis dolorem apertissimè delineabit, Nec est quod Reipublicæ curam excuses, aut quòd

Tu tot sustineas & tanta pericula soius:

N E M O enim pro te illud onus quantumvis maximum humeris suis subibit. Quid, quòd huic semper & ubique vaces? nec unquam excluseris, aut à conspectu, & amabili tui amplexu abduxeris; Intempestivum fortassis Aug^{me}. M. dixeris, absit. Ecquis enim queso hanc illi infamię notam inuslit? quum mitis, placidus, magnanimus, generosus, & ut *ανθεβλος* dicam, verus sit omnium virtutum Antistes, tuique solius simillimus. Accipe ergo S. P. quā, & alia soles, fronte, **N E M O** hunc inopem (crede mihi) sui, sed cui tu si favere dignabere, nec corporis, nec animæ expertem futurum. Ita quidem venturum certissimè harriolor; nec unquam aliud à tam *Musis* favente *Apolline* expectavero.



N E M O



*Erane tefacies, (magni supra Tonantis
Cura) mibi ante oculos clara modo luce videndum
Obtulit? an veri species delusit amantem?
At certè si fas superos vidisse sine ullo
Crimine mortali, vidi, vidi ipse micantes
Sideribus similes oculos J A C O B E: decusque
Oris & aternos radiatæ frontis honores.*

*O mihi si totas Helicon indulgeat undas!
O Phœbi delubra adeam! O si Delphica plenis
Serta feram calathis! jam quum nova secula cernam
Surgere, falciferique Dei redeuntia regna.
Non ignota cano, gelidi caluere Triones;
Ocyorignavus sequitur sua plaustra Bootes;
Et concreta diu liquuntur inhospta Ponti
Frigora per gelidos multum indurata Decembres.
Scilicet & superum tangunt mortalia mentes.
Nec sorte, O REX magne, fluit hac infima, spectat
Gaudia nostra D e u s medio sublimis Olympo
Te præcente uno, quo se tam S C O T I A jactat
Quam Jove Creta suo, Cadmi quam regia Baccho,
Quam Delos gemino Latone turgida partu.*

*Aspicis ut reliquos super Acro-Levinia montes
Surgat? & aëreos fraxrum stipante cater ya
Ostentet vultus cœlo sublimis Ochellus?
Aspicis ut gelidi exultent juga ninguida Grampi,
Et pluvium plus ferre Jovem, Boreamque recusent?
Aspicis ut fusæ per de via rura Napæ?
Florentes calathis violas & lilia portent?
Vtque super vitreas Nymphæ Fortheides undas
Extent nutricum tenuis? & Donecides uide
Effingant varium liquido sub gurgite lusum,
Mollia per medias jactantes brachia gemmas?
Ipsa Cithoriaco quoties tibi pectine Tellus
Diduxit canos rugosæ à fronte capillos?*

Et voluit si non meruit formosa videri?
 Se perlucenti quoties velavit amictu
 Letagenas Zephyri conjunx, & flava capillos:
 Fallor Apollineos an quæ modo laurea vultus
 Cingebat, tibi visa quati: chordaque movere
 Sponte quod attentas dulcedine molliat aures.
 Quicquid id est nitida tibi sese, J A C O B E, Camœnæ
 Exornant. tibi sertä ferunt, queis vertice cœlum
 Sublimi ferias vates generosus, & omni
 Invidiâ major, viden' ut simul exiluere?
 Et modo prestrinxere oculos fulgore corusco?
 Non temere exiluere, at habent memorabile quod sit.
 Sume igitur tibi que Maii nova dona calendis
 Appropenant, dum vernat humus, dum gramine in omni
 Sudat acum variante manu Zephœria Chloris,
 Dumq; tibi in densa sylvârum Daulias umbra
 Nobile de tenui deducens gutture carmen.
 Mille modos variat, certè jam pulchrior annus,
 Et rerum melior redeunti arridet imago;
 Interea doctas paulim hactibi mulcat aures
 Fistula, & ingentem testetur carmine amorem
 Exiguo, ne sperne precor, non vilia rerum,
 Furta Jovis, profugumque senem, Corybantiaque era,
 Aut de Caucasea pendentem rupe Prometheus,
 Aut quo Deucalion de culmine spreverit vndas,
 Pyrrhave adhuc vacuum lapides jactârit in orbem,
 Sed, que non vatuum signavit multa priorum
 Orbita trita canunt. Tu tantum (ò M A G N E) parumper
 Per te, per que tuas, tibi cognita numina, Musas,
 Flecte aurem facilem: nec dignare rogari.
 NEMO tibi canitur, Nihil hunc generaverat olim
 De Nibilo, quum nondum unum glomeratus in orbem
 Mundus ubique foret: nec dum Titania lucem
 Astra darent: medio aut pendebat in aëre Tellus
 Pondere fulta suo, circumq;, infraq;, supraq;,
 Suspiceret nitidi laqueata palatia cœli:
 Quum nondum Maris æquor aratum classibus, aut sub
 Marmore Carpathius sua pasceret agmina Proteus:
 Quum nondum vacui tractus, celeresque meatus
 Aëris, aut rapidos ascendens Cynthia currus

Cinge

Cingeret innocuas liquidum super aëra flamas:
 Sed DEVS eternâ se quum mente moveret,
 Totum animus, totum certo fine fine beatum,
 Immortale bonum, totum omnia in omnibus unum,
 Atque in quo res omnis erat, cum abula Nemo
 Tempore in illo habuit; Sic digessere priores.
 Nemo ortum fuit ante suum (mirabile dictu!)
 Quoque die dulces vitæ luminis auras
 Hauit, primâ oculis tantum se præbuit orbi
 Spectandum, quantum esse ferunt: en aflice corpus
 Neminis, & validos ingentia membra lacertos,
 Centimanum credas robusto e sanguine fratrum,
 Cyclopumve aliquem, tantum se atcollit, & altis
 Emicat assurgens humeris speciosus, & omni
 Parte trabens oculos in se, spectantiaque ora.
 Sunt quoque principio qui illum dixere sine ullo,
 Et neque venturi claudendum legibus avi;
 Quicquid id est, Nemo usque Iovi par esse videtur.
 Quicquid id est (superi nec forte negabitis) unquam,
 Haud scelus est (verbis) Nemo est Iove celso ipso,
 Ulterius neque enim ire datum. Nemo omnia ubique
 Esse simul potis est, vir, fœmina, neutrum, & utrumque
 Proteaque ambiguis varium prævertere formis.
 Nemine quid mirabilius? sine corpore corpus;
 Absque pedum officio graditur; sine lumine cernit;
 Absque manu quodvis prendit; sine dentibus collis,
 Guttura, vel stomacho frangitque alimenta, coquitque.
 Dum dormit, vigilar; ridet dum flere putares;
 Esuriens satur est; medio mltum alget in astu.
 Threicias animas gressu Testudinis anteit.
 Nusquam & ubique manet; volitat sine remige penna;
 Auris ei non ulla, audit tamen omnia Nemo.
 Non lingua, at loquitur; non naris, at haurit odores;
 Non mens est, secum at recte sine mente revolvit,
 Qua deceat, qua non sapientem vivere lege.
 Adde quod immensus Nemo extra moenia mundi
 Quum libuit stabili figat vestigia plantâ:
 Nemo Erebi regem, conjuratosque tumultus
 In commune scelus, superis de sedibus ire in
 Tartara precipiti vidit per mane rotatu.

Z Tar

Obstupuitque alios medias hæfisse per auras,
 Hos pelagi, hos terra cæcas subiisse cavernas.
 Nemo horum insidias, Nemo horum retiarara
 Tensa sibi, & scelerum offerri fomenta novorum
 Perspicit; huic etenim nunquam Tegeatica dulci
 Fistula sopierit vigilantia lumina cantu.
 Nemo aderat viridi cum cespite fusus Adamus
 Procubuit, dulces spirans de pectori somnos;
 Quumque opifex rerum lateris formasse finistri
 Dicitur e costa formosos virginis artus;
 Quæ vita comes una foret, comes una laborum,
 Cumque viro curas, magnarum pondera rerum
 Divideret, solers animi, dominumque maritum
 Nosceret, atque ut amans eidem pareret amanti:
 Molle animal, blandumque simul durumque futurum;
 Illice quod forma incautos fraudaret amantes
 Sensibus, & validum succenderet ossibus ignem;
 Cui fluenter flavi per eburnea colla capilli;
 Alaque fiderea superos fastigia frontis
 Suspicerent, mixtus que rubor candore nivali
 Luderet in geminis parili moderamine malis.
 Cui latos natura oculis afflavit honores,
 Egregiumque decus roseis dedit esse labellis,
 Felicique satis per pectora depluit imbre
 Sithonias formosa nives, voluitque tumere
 Basia debentes sibi mille sororia mammas.
 Vincula cui cupido gratissima fecit amanti
 Brachia, cui teretes digitos, cui levia crura,
 Et modica exigua finxit vestigia plantæ.
 Nemo bonam invenit; toto qua queritur orbe
 Femina, nondum inventa omni; sed Nemine ab uno
 Moribus & vultu tandem perspecta modesto.
 Non hec artifici fictos de pixide vultus
 Mutuat, ut moechis placeat; non prodiga cultus
 Incedit, cultu quo nunquam ornata, sed addi
 Parvum aliquid cupiat, plenam quo exhauiat arcum.
 Non vagabunda, Deo velut ebria Mænas,
 Sed testudo domum solers operosaque servans:
 Parca satis, nec avaratamen; non rustica planè,
 Ingenua sed qua sit simplicitate probanda:

Non tristis, nimiumve severa, aut ebria cura
 Sollicitum pungente animum; sed leta, faceta:
 Nec lasciva nimis, sed lingua & mente pudica;
 Sed thalamo contenta uno, castisque lacertis:
 Non verbis onerosa viro, non litibus ullis;
 Oras ed Hyblæis solvens mellita loquela.
 Quid deceat, quid non; que clam pudibunda reprændas.
 Repperit hanc Nemo, celeri dum forte carina
 Vela daret, cur sumque legens de parte sinistra
 Flore novas, Anglæ dictasque a virginie terras,
 Cubam, Hispaniolamque ipso medio equore sparsas;
 Terrarumque alias quos claudit America tractus
 Præterit, & Zephyro blandum aspirante secundo
 Prona legit maria, & pelago decurrat aperto.
 Queque secat curvos fitientia præ Maragnon
 Deserit, hinc pluvium cursus deflectit ad Austrum;
 Illic in mediis tenebris dum singula lusitrat,
 Ignatasque homini terras errare videtur,
 Rara ubi nautarum vestigia nota priorum,
 Vidit in obscuris solam hanc latitare cavernas;
 Accepitque via comitem sociamque laborum:
 Inde tamen somnis actus, monitisque Deorum
 Clam solvit, gravidaque sibi (sic fama) reliquit.
 Ignatasque iterum terras Aquilonia regna
 Perpetua clausas glacie, ventisque furentes,
 Appulit; illa tamen sylvas, saltusque per agrat
 Sola, & crudeles memorat cum Nemine diuos.
 Nemo redi, quidnam, O, meritam nil tale relinquis?
 Quæve fugæ tibi causa tua est? odii ve latentis?
 Nemo redi, quidem faceres si pesimæ rerum
 Conjugis in titulos collis tibi legibus iisset?
 Amplecti hanc vinclis posses per colla lacertis?
 Huic dare blanditas? huic oscula dulcia ferre?
 Credo equidem, & miseri quæ non credemus amantes?
 Nemo malæ gaudet, sed Nemo bonam immemor odit.
 Durior O chalybum venis, velocior Euris;
 Horridior tribulis; rapido violentior igne;
 Surdior, & pelagi multò fallacior condit;

Hellebori succo, Sardoa & amarior herba;

Savior indomitus Lybica de rupe Leantis;

His immobiliar, quæ tundunt æquora saxis;
 Idem at si redeas; nec me ad mea fata relinquas,
 Candidior nive, lacte novo, foliove ligustri;
 Floridior pratis, cultis formosior hortis;
 Mitior Idaliis dum jungunt rostra columbis;
 Mollior aut plumâ, aut maturâ in virtibus uyâ;
 Levior o glacie; cristallo purior omni;
 Dulcior Hyblæo stipatis nectare cellis;
 Nobilior vulto Hesperio de stipite pomo;
 Charior o geminis, Eoo a limite missis;
 Passere, & in pratis tenero lafcivior agno;
 Gratior & Zephyri blandâ clementior aurâ.
 Nemo redi, formosè redi, mea sola voluptas.
 Hæc bona (nunc phœnix, & corvo rario albo)
 Fœmina multa queri; quum Sol se promeret vndis,
 Mane novo, occiduisseque iterum se conderet vndis.
 Nunc misera hei! curis & luctifonis lamentis
 Fracta, animam liquidas tandem exhalavit in auræ.
 Ab Nemo, te non gemitus, non murmura amantis,
 Non lachryma mouere in verba extrema profusa.
 O nimium felicem, omniq[ue] a parte beatum,
 Si partem banc demas; O qui sine crimine vivis,
 Si non crimen erit placidam lufisse puellam:
 Fors tamen ille puer pharetrâ præsignis, & alis,
 Ferrea vindicibus torquebit pectora telis:
 Auguror: at faculas puerique Cupidinis arcum
 Spernit, & in dictum contra isthac spicula Nemo
 Se gerit. Ille etenim luxum transcribit habendum
 Et Veneris pullis, & canis Sardanapali:
 Otiisque, ignavo queis torpent membra veterno,
 Ad vacuos jubet ire animos & inertia corda.
 Nemo etenim studiis unus vacat usque Minerva
 Indefesso animo, neque dulci lumina somno
 Declinat, placidâ perfusus membra quiete.
 Sed per inane Chaos, Ditisque silentia regna,
 Usque vigil tota, quam longa est, nocte vagatur.
 Inde ubi de pelago mitidum caput auricomus Sol
 Extulit, & tenebris patuerunt cuncta fugatis,
 Nemo animum exercet studiis & rebus honestis:
 Virtuti vitium, & vitiorum alimenta malorum

Terga dare, insolitisque adigit parere lupatis:
 Hinc Nemo in doctis Epicuri pallidus hortis
 Visitur, & de Socratis oracula chartis
 Miratur secum tacitus, scrutatur & altis
 Naturæ clausus scopulis, quis temperet orbem
 Spiritus, immensum quo vis rotet entheæ cælum:
 Credibile annè unquam, perfecto temporis ævo,
 Mutandum tam pulchri operis sine labe decorum
 In melius, terra que novas novas astra futura;
 An verò, sine principio quia dicitur orbis,
 Temporis haud poterit spatii constringier collis,
 Nec cariem sentire ævi; cur Luna laboreat;
 Quid tegat illustres Phœbi radiantis ocellos;
 Menstrua Luna novos toties cur proferat ortus;
 Et toties lateat; ruptis ve e nubibus ignis
 Exiliat mediis, qui horrendum immurmuret auris;
 Vnde nubes grandove cadat crepitante procella;
 Vnde imber, medio suspensa aut ære nubes;
 Euripus reflo toties cur volvitur astu;
 Vnde tremat tellus, rupta aut compage debifens
 Pallentes referet fauces Acherontis, & Umbras
 Terreat expulsis tenebris. Hæc singula Nemo
 Naturæ assuetus monstrantis lumine solo,
 Hujus & expediet validis sati argumentis.
 Otia sic studiis Nemo postponit, & altâ
 Mente diu propior, superâ rationis in aulâ
 Singula sollicitis animi percurrit ocellis:
 Ludicraque & vacua deliramenta juvente
 Fæci orbis, miseræ plebi, vappisque relinquit.
 Sapientiam geminus Nemo est solatus amantis;
 Deque genis lachrimas terfit salso imbre fluentes.
 Testis arenoso deserta in littore Dix,
 Indomitos in corde gerens Ariadna furores.
 Hunc etenim in thalamo trepidantibus excita somno
 Prensavit manibus, Zephyro quum vela dedisse
 Vedit Erichthæas animo externata carinas.
 Nemo etenim miseris semper comitatur eunes;
 Quique audent multis caput objectare periclis.
 Hoc comite edomuit juvenis Minoia monstra
 Cecropius, longique premens vestigia filii

THE MUSES WELCOME,

Dædala Gortinii superavit teatyranni.
 Hoc comite aggrediens soboles Jetæa Goliam,
 Torsit in adversam Balearia verbera frontem;
 Et prostravit humi, & rorantia sanguine multo
 Ora Philistæa prefixit cuspide; inermis
 Ipse, sed aeterna defensus robore dextrae.
 Nemo tibi Alcide diram comesibat in Hydram.
 Nemo Cleoneum docuit prostrasse Leonem.
 Neminis auxilio Stimpalia turba volucres,
 Busirisque tibi domitus jacet Elis ab illo,
 Partheniumque nemus, taurusque & pastor Iberus,
 Et Canis aetherias cum primum missus in auræ,
 Et metuendus aper, Thracis præsepio, & auro
 Baltheus insignis, sexusque Antæus ab illo
 Augie stabulum, cœlum, fusique binembres,
 Aureaque Hesperios radiantia mala per hortos
 Extollunt sine fine tuum super athera nomen.
 Terruit Enceladum Nemo, Rhœcumq; Mimamque
 Centimanoque alios, Cœlo quum tota relieto
 Ad septem gemini fügeret divergia Nili
 Turba Deum; metuens pariterque ingentiaturpi
 Terga dedisse fugæ, stans obtutu ipse coagit
 Terribili, & nullâ mentitus membra figuræ.
 Nemo ducem Phrygium, & comitem confexit Achate,
 Obscurâ septos nebulâ, dum singula rerum
 Explorant taciti, & captas Carthaginis arces
 Mirantur. Nemo galeæ fulgentis honore
 Conspicuum inducumque Cyclopea munera vidit
 Illum, cui nigri famulatur regia Averni.
 Nemo olim excuso fertur Phaëtonte quadrigis
 Lora manu volucrum ignotus moderator equorum
 Corripuisse, diemque unum rexisse jugales.
 Nemo olim aquoreis fertur vixisse sub undis,
 Quum genus humanum penitus submergere ponto
 Fixum animo superum Regi immocumque federet.
 Nemo olim Paradisi acis permanxit in hortis,
 Quum fügeret sancti violata Lege parentis,
 Aligero claudente aditum, cum conjugé Adamus.
 Et tibi Nemo oculos Siculi sub fornice faxi
 Eruit, Argolico madidus dum forte Lyeo

Viscer-

TO THE KINGS MAESTIE. 95

Visceribusque hominum, satur, ô Polypheme, jaceres.
 Non huic Tydides, quamvis laesse Dionem
 Dicitur, & bellifulmen Salaminius Ajax,
 Non Peleis soboles, non huic Priameus Hector,
 Aut quos magnanimos Calpe spectavit & Indus
 Certarint; non ipse humeris qui pondera Cœli
 Sustulit, & totum domuit fera monstra per orbem.
 Fas etiam Nemo, Nemo justumque piumque
 Curat, Nemo fidem servat, non fictus amico
 Nemo dolis & fraude malaque haud uititur arte.
 Nemini enim conclusum argenti pondus & auri,
 Infosumque soli gremio monstrabit avarus.
 Nemo non loquitur falsâ mendacia lingua.
 Nemo placet cunctis; non illum carpere posset
 Zoilus, aut vittis genuinum infigere dentem.
 Sunt tamen (heu facinus) qui jam infamare laborant
 Crimine adulterii caput hoc, quo haud sanctius collum,
 Neminem & ignavum cupiunt furemque videri,
 At vos, ô superi, qui crimina plectitis aquæ
 Lance, per obscuras Erebi-hos detrudite ad umbras.
 An leve crimen erit sanctis obtrudere dantum
 Velle seclusi? dextræ famuli cohibete rapaces;
 Non bene furatur totius cui militat orbis,
 Cui Prænestinas sese Dea culta per aras
 Format ad obsequium, nutuimque agnoscit herilem.
 Tu quoque quid dubitas? credes ne vox oris Aula,
 Pontice, blanditiis? tibi se hac gravidam afferit uni:
 Aut si tu renuas in turpia crimina ducit
 Neminem, & hoc nomen culpe praetexit honestum?
 Quum tamen interea jam tertia labitur ætas,
 Ex quo te patriæ terræ, laribusque relictis
 Decolor accepit Ganges & mercè beatâ
 Instruxit reducem remeanti in tecta carinam.
 Credis adhuc, dubitas ve? Aut si sapis utere nostris,
 Pontice, consiliis, aliumque inquire parentem
 Huic, tibi quem nixu puerum dabit Ilithyia
 Nunc ad me ut redeam, & bona Neminis omnia prodam,
 Nemine nil mundus vidit formosius & quam,
 Hujus enim a facie insolitum traxere fuorem
 Delia, & Actæas que cuspide protegit arces.

Aa 2

Arſit

THE MUSES WELCOME,

*Arsit & hunc Timon, homines, licet oderit omnes,
 Thermoontiaca & prognatus Amazone, & olim
 Inter Hamadryadas pulcherrima Nonacrinas :
 Nemo Cupidineo tamen in violabilis igne,
 Vsque pudicitia est custos, rigidusque fatelis.
 Inde vnum hunc thalamis ocium lectique jugalis
 Vult Italus, facie namque vt superare Dianam
 Ledæamque Helenam valeat, Veneremq; superbam;
 Nemini erit credenda uxor sine fraude dolis ve.
 Rivalem potis est hunc ferre Propertius unum.
 Credite mi, Juvenes, casta est, quam Nemo rogavit.
 Nem ex persfidei, aut meritis ascendere cœlum
 Audebit propriis : potis est Nemo omnia scire
 Quæ sunt, quæ fuerant, quæ pōst ventura trahantur.
 Nemo non vanus, tumida non mente superbus.
 Nemo non sibi Suffenus : fata ante beatus
 Nemo sua est : epulas vitat Nemo & bona vina.
 Nemo magnorum felicia munera regum
 Spernit : Nemo sibi solùm vni nascitur : omnia
 Vincere Nemo potest villo sine milite & armis.
 Nemo bonus diues : Nemo pauper sapere audet:
 Nemo aula fugisse velit fumum strepitumque.
 Vnctior hinc posuit si fors decidere, Nemo
 Non amat illecebras ventosi & gaudia mundi.
 Nemo pharetræ potuit bene in urbe Dianæ
 Viuere, cui melior finxit dum corda Prometheus,
 Infuditque animam mage Diam, & pectoris ignes.
 Nemo Bonæ sacris potuit vir adesse Cotytus,
 Nemine Baptæ viro solita est cernente precari.
 Virtutem Nemo propter se diligit, aut quod
 Luminibus mentis fæda fine labe videtur.
 Et Nemo est vnâ qui haud peccat sapius hora.
 Omnia scrutari potis est Nemo : ipseque postquam
 Omnia perspexit trutina se expendere : Nemo
 Novit quod sacro cortyna remugit ab antro :
 Nam se haud ignorat : Nemo infervire duobus
 Ritè valet Dominis pariter, Mundoque, Deoque.
 Conjugis infrænes linguas, animosque superbos
 Nemo domare potest, omnes ubi sava quadrigas
 Flammam, stimulante irarum effuderit astu.*

Nemo

TO THE KING'S MAJESTIE. 97

*Nemo alii propior sibi quam studet esse : benignus
 Pauperibus Nemo : Nemo fati atque dici
 Conscius extremi : totum quum legifer orbem
 Assister folio Omnipotens, flammisque verendus
 Exposcit meritus injusto a sanguine poenas.
 Nemo Taum, Tamesinque vni parere Monarchæ
 Te prior aspexit, qui jam moderaris habendas
 Ter felix JACOB E, hominum spes, cura Deorum.
 Nemo Pierios cantus Musasque latentes
 Suscitat, & doctis proponit præmia curis.
 Abne pudet tandem quos Principis aura benigni
 Sustulit ex humili, summoque cacumine rerum
 Constituit, iusitque sibi paulò ire secundos,
 Spernere dulcisonæ modulamina blanda Thaliæ?
 Ignoti sed nullus amor ; jacet obruta cano
 Pieris, & mæstos non audet tollere vultus.
 Noxia Nobilibus nimis (probfata) chiragra est.
 Saxeæ corda ollis, minimum est quod abesse putares
 Ascopults, certè vultum aspexere Medusæ.
 Tu tanto medicina malo, doctissime REGUM,
 Dexter ades, facilisque precor succurre cadenti :
 Pondere tam magno pressus gemit : ipse ego dudum
 Aspexi fessos tantis sub molibus artus.
 Nox fuerat, stratumque thoro me somnis habebat,
 Visus erat Nemo : viso sed Nemine, totius
 Dirigui, subitusque tremor manavit in artus.
 Ter volui astricte rupisse silentia lingua,
 Terque thoro exiliisse ; At ter mihi brachia Morpheus,
 Intentans vocem & verba imperfecta reliquit.
 Dum dubito, nostras vox turbida fertur ad aures :
 Pelle metus, ego sum quem tu non tempore primus
 Vidisti ; nostros quoniam prior haust ocellos
 Tiresias ; sed jam vates, jam lumine cassus.
 Me quoque Mors & Amor pariter videre volantes ;
 Et quem ego præcipue fori nutribus vlnis
 Meonides, patriæ spretus dum viueret ore.
 Nemo vocor ; qui Caftaliæ de valle forores
 Sapienti duris in rebus egentes
 Auxiliis ; succurri equidem ; si prima recordor
 Tentamenta mali ; nec me servasse pigebit.*

Bb

In bolus

Incolumes aliquando; en, & mea nomina sacris
 Tradere vencuris (ea fama est) alite penna
 Conantur, Tuque o wates buc dirige gressus
 Quo te fata vocant; si te non maximus ille
 Justior hanc alius, quo nec studiosior equi,
 Me tamen excepto, vultuque & voce benignus
 Suscipiat venientem, adero tibi Nemo vocanti.
 Dixit, & in tenues fugiens evanuit auras.
 Diriguere coma, sed nox somnusque reliquit
 Multa quidem versantem animo, & majora parantem
 Dicere: suntne aliquid, pondusque hac somnia secum,
 REX invicta, ferunt? an veri ludit imago
 Per vigilantem animam atq; in se per cuncta reflexam?
 Quicquid id est, ne me ista putes tibi fingere questo;
 Per sceptrum REX magne tuum, sacramque Tiaram,
 Perque tibi famulas, mea numina magna, sorores;
 Per ius, perque pium, perque O quodcunque bonorum
 Pectore sub tali posuit Deus; assere at istis
 De tenebris, aliquamque jube sperare salutem.
 Sic Nemo major te sit virtute, vel armis:
 Sic Nemo ingenio tibi REX factisque superstet:
 Sic Nemo te sceptra ferat REX longius tano:
 Sic Nemo videat tibi qui nocuisse parat:
 Sic dicas semper Nemo me impune lacefcat:
 Sic postquam extremos Lachesis tibi neverit annos
 Astra petas; nec sit quem plus ventura animantum
 Sacula mirentur, sanguineant ve ingentia corda
 Principis alterius, donec Sol igneus orbem
 Ambiat, & Solis radietur Cynthia flammis.
 Haec tenus ingenii vecti super aethera pennis,
 Perque Nihil, perque hoc magnum quod inane videtur:
 Nunc lapsu fessis, liceat descendere anhelio.
 Quisquis es, at cui se hac submitte nostra legenti
 Pagina, sic capit is tangit reverentia sacri
 Nemini, & si fors meruit non durus amari,
 Sanguine ne dextram viola; aut admitte nefandum
 Hoc scelus, immeritas indocto ut carmine penas
 Nemo latat: quod si moveat furor impius iras,
 Nemini vltor erit: procul ergo absistite Momni:
 Nemini arbitrium patitur de Nemine Nemo.

JOANNES LEOCHAEUS.


 This subsequent welcome was also presented to his
 M. at Kinaird.



REAT Man of GOD, whom GOD doeth call, and
 On Earth his great Lieutenants place to use, (choose
 Wee blesse the tyme, wherin the threefold Croun
 And Diademe with peace, and great renoun
 In that so long fore-told, and fatal cheare
 Thou on thy braue, and royll brow didst beare;

As from that tym thy absence bred our bane,
 Thy presence now restores our Joy's againe:
 Thou went away to SCOTLANDS deip displeasure
 But thy return brings mirth beyond all measure.

Astrea doth pronounce by thy suet tong
 What shuld of right to Kings on earth belong:
 Thy myld aspect doeth realmes and cities nurish,
 And as thou frouns or faun's they fall & floorish:
 These suords the sherp, and bloodie tools of warr,
 Which peace hath sheath'd in rust, shall from a farr,
 Bee drawn agane, and when thou thinks it good
 Thy angrie brow shall bath the world in blood,
 Thou canst Dethrone, and giue the royll wreath
 And hyd thy suord, and hold it in the sheath.

Yet now thou deign's to visit our cold North,
 And with thy Court hast crost the sinuose Forth,
 Which with Meanders winding heer and there
 Great Britans KING upon her back did beare,
 Whois bouldin billoes (as they did of yore)
 Shall set thee sure upon there yondef shore. (ches
 And statelie Tay with stryving streams which mar-
 And skorns his course shuld be controld with Arches,
 Who with bis speats in spightfull raige hath dround
 The famose Perths faite Bridge, & broght to groud,
 Shall straine the strenght of his strong streams thow'il
 And be at peace with all the world for thee. (fee,

THOW shall not loose thy labors, nor thy loue,
 Which in a Prince most rare, most rare dooth proue:

B b 2 This

This bontie singular, which thou imparts,
Encounters not with mis-conceiving hearts
Nor with ingratefull subjects, for each One
Aknowledgeth the good which thou hast done:
Man neuer was in ore loved by ane other,
Not *David* by kynd *Jonathan* his brother
As thou by vs, thou dwels in each mans heart,
Our Joy, and our felicitie thou art:

O had our breists of stuff transparent bene,
That all our thoughts might so to thee be sene,
Thy SCOTLAND do'th (thy royll grace wold tell)
For Courage, Truth, and Loue, the World excell:
And wee confesse, our Joyes are perfect now,
Iff they could proue perpetuall, heauens allow
A longer stay then thou intends, that so
Our loue-seik hopes might to the full tyd flo.

To toyll and travell man is borne wee see,
As sparks of fire by nature upward flie,
Thy travell yet shalbe compenst with pleasure
Thou shalt haue sports, and paire of all our treasure:
Wee'll keep that custome with thy sacred grace
Which *Athenaeus* writes was kept in *Thrace*,
, The subiects gave their King when euer hee wanted,
'When they wax'd poore, their suit's by him wer gran
Thus each in loue supplied an others neid, (ted:
Both peace, and wealth, this kynd commerce did breid.
And *Perfians* when they did present their King,
Some rare propyne they alwayes vs'd to bring.

Fut put the case, this forme which *Perfians* used
Wer by some base and wretched wormes refused,
Thy faithfull *Quæstors*, full of loue and paine,
(Whois betters haue not bene, whois lyk againe
Theu canst not find) shall such abundance bring,
As King nor Court shall want no kynd of thing:
Not lyk those lowns, whom *Athens* old did trust,
They wer but Theiv's vnhonest, and injust.
Theie *Tamij* the treasure stole by night,
And then they burnd the Citadel by slight,
That by this fire their fraud shuld not be seene,
Nor they accus'd, that had so knavish becene:

Thy

Thy *Quæstors* here are honest, wyse, and true;
Thy treasure saiff, thy Bastils bvilt of new:
Stay then (dread Leige) O stay with ws a while
With pleasing sports the postng tyme begyle:
Thy fynest Hawks and fleitest Hounds shall find
Of fowls and beasts, a pray of cuerie kynd.
For morning both and eueningyng flight, each day
Each Hawk thou hast, shall haue her proper pray;
Each fowl that flies shall meit thee in thy way,
And in their sorts shall *Ave Caesar* say.

Throgh forests, Parks, and feilds hunt stag, &
It helps the health to haue the natvie air. (Haire
Hee that takcs pains and travell sleepeth best,
With greidines hee takcs refreshing rest,
His meate to him seems savorie, sweet, and fyne,
Hee glaidlic drinks the heart-comforting wyne:
Good blood, quick spirits, travell sweet do'th cherish
And maks offensiue humors for to perish.
And wyse-men writeth Colik, Gout, and Gravel,
The woefull fruits of rest, ar cur'd by travel:
Let not thy horses fatt, for standing Idle,
They'll grow stiff neck'd, and disobey the brydle.

Let faithfull *Turbo* menage thy affaires
And kill himselfe with care, to ease thy caires.
Thou shalt not trauel, throgh hott barren bounds
Of *Arabie*, nor cold, and snowie sounds
Of *Norwa*, nor the Schythian savage montans,
Nor fenni *Flanders* skant of healthfull fontans,
Nor throgh thy *France* so full of fearfull Jarrs,
Where King and subiects waige intestine warrs,
But throgh Braue BRITAN of all realms the best,
With pleasours all, with peace, and plentie blest,
Which God sejoyns from all the world (wee see)
That none but *Neptune* shuld thy neighbour bee.

Let not Our Loue infer the least offence,
Thou art our L O R D our kyndlie K I N G, our Prence:
Our int rest so is such (Dread Leige) in thee
Thogh Earths great Glob wer thyne, ours thou must
From *Jacob* learne to loue *Canaan* best, (bec,
The native soill: for when his sonnes wer blest,

Cc Hee

102

THE MUSES WELCOME,

Hee charged them to take him heame againē,
Him to interre in Ephrons flowrie plaine:

Abraam there, and *Sara* sleep , said hee,
There *Izaak*, and *Rebecca* both doe lye,
And therē I buried *Lea*: *Joseph* weiped,
In *Ephron Jacob* with his fathers sleiped:

Joseph waxd chief in *Pharaos* court, and yet
Knowing the Tribs wold out of *Egypt* flitt,
Hee took his brethren, and the people sworne
His bones from thence shuld be to *Ephron* borne,
To keip their oath his brethren, and the rest
Imbalmed him and put him in a chest,
And when they fled from *Egypt* (as they sweare)
Moyses with him good *Josephs* bones did bearē:

Liuē *Nestors* dayes King *JAMES* but liue among vs
By blood and birth thou doſt alone belong vs,
Stay then at home, to *Thames* make no returne,
Sleip with thy fathers in thy fathers vrn.

But wee'r too bold to beg thy longer stay,
Since *God* sets down thy Jeſts, and gyds thy way,
From death in famine *God* deliuereth thee,
From sword in battell thou shall still be frie,
Destruction thou shall skorne, and laugh at dearth,
And shall not feare the cruell beasts on earth,
Ston's of the feild shall be in league with thee,
And beasts at peace with great King *JAMES* shall be;
Yea thou shall know peace dwells thy tents within,
In spight of *Babell* and that Man of sin:
To thy great Joy ô KING thou shall perceave,
Thy seed as graſſe on earth: Thou shall to graue
In fullest aige (like to a fig of Corne
Broght to the Barne in season due) be borne.

And if the Lord hes said that thou must leatue vs,
If *England* must of this our Joy bereave vs,
If thou wilt go, and leauue vs full of sorrow,
This prayer short from Paynim pen wee borrow.

Our sacred King, wyſe *JAMES* the Lord defend,
And royll seed, till all this All tak end,
Heavens grant to him, his faire and verteotis wyſe
In peace and plentie, long and happie lyfe.


Lord

TO THE KINGS MAJESTIE. 103

Lord blesſe, preferue, and keep him frie from ill,
Of happie Kings let him be happiest still:
And, whilst he lives, let him not ſee, nor heare,
The death of one; that to his Grace ſeems deare,
Let his Dominions farr, and long perſeuer,
And (ſtill adornd with Justice) laſt for euer:
Tyme ſtay thy haſt, relent thy former furie,
And let King *JAMES* our childrens children burie.
O touch him not proud *Fortune*, but in kyndnes,
Or if thou doſt, hee ſtill defytes thy blindnes:
Heavens grant this Ile, with toyſ tormoyled long
May be his meanes, be cur'd from ſin and wrong:
GO D grant hee ſaue Religion from decay,
And reeſtabliſh ſuch as runne aſtray:
Lord let this Starr in brightnes ſtill abound,
To light the World ſo long in Darknes dround:
And let each true, and faithfull ſubjeſt ſing
With heart and woyce conjoyned, *God ſaue the King*.

Cc 2

ALEXANDER CRAIG
Of Rose-craig.




104

THE MUSES WELCOME,




THE
KINGS MAIESTIE CAME
FROM KINNAIRD TO THE BURGH
OF
DONDIE
THE XXX OF MAY,

*Where at his entrie this subsequent speach was delivered in
name of the towne by M. ALEXANDER
WEDDERBURNE their Clerke.*



TO THE KING'S MAIESTIE.

105




LBEIT THE COMMOUNE
feares which perplex most confident
Orators, may dash and confound my
spirit, justlie suspecting my owne weak-
nes in speaking to your Sacred Majes-
tie, MOST MIGHTIE KING, and
our most gracious Soveraine Lord:

Yet being vpholdin by the long ex-
perience which I haue had from time
to time of your Majesties most myld
and gracious acceptance of the speaches delivered by your Majes-
ties most humble subjects, of whose number I doe acknowledge
my selfe one of the meanest: I am emboldned, at the desyre of the
Magistrats Counsellours and whole bodie of this your Majesties an-
cient, frie Regal burgh, to offer to your most excellent Majestie,
that hartie welcome from them, whose inward greife conceaved
for your Majesties long absence, is turned in excessive Joy in re-
gaird of your Majesties most Princelie resolution (now reallie effe-
ctuat) to honour this your Majesties most ancient Kingdome with
your Royall and most comfortable presence: An inestimable bles-
sing to all, bot cheiflie to vs who haue not onlie participat of the
comoun benefits which all your Majesties good subjects doe injoy
vnder your Maiesties most happie governament, I meane purtie
of Religion, peace and securitie, by sea and by land, at home and
abroad, So that no heresie hath toleration, no oppression the badge
of authoritie, no insolence the mark of greatnes, within all your
Maiesties Dominions, the meanest living vnder his owne figtrie,
but feare of wrong, both in the high-lands and borders, and the
mightiest kept vnder your Maiesties obedience, and feare of the
Lawes, but also besids these, a more particular blessing to vs, who
haue teasted so abundantlie of your Majesties bountefull goodnes
and fatherlie care latlie kythed in the quenshing and extingui-
shing (by your Maiesties most Princelie and prudent directions

Dd giuen

giuen to the Lords of your Maiesties most honorable Privie Counciale) of that fire of sedition which was kindled within our bowels, to the apparent overthrow and combustion of our whole estate: And in the setting and establishing of a solid peace among vs by the meanes of Justice, whereof wee haue most sensiblie found both swit and profitable fruits ever since. Of these manifold blessingsto speak what wee can is not now convenient, and to speak what we shuld is not possible. This one thing wee must say, that wee haue more then iust cause to welcome to these our meane territories your Sacred Maiestie, whome wee haue euer lugged in our hearts sence the first houre of your Maiesties most happie nativitie.

Receauie then, *Most gracious Soveraine*, that hartie welcome which wee all most humblie offer from true and weell approved hearts: And here wee doe lay doun at your Maiesties feete Oure lyves, our liberties, our goods, and all vther meanes granted to vs by GOD, to be sacrificed in your Maiesties service, without any privat respect or consideration whatsocuer: Praying the King of Kings that your Maiesties Royall person may bee euer saife from all reasonable practises, your H. naturall lyfe extended to the possibilite of Nature, and your royall progenie and race, by lineall succession sittynge vpon your Imperiall throne, may haue one pe-
riod with the World. *Amen.*



His M. was also welcomed at *Dondie*, by these Poëms presented.

Sylva.



Xere, de largo placidum caput exere fonte,
Taë pater, Regemque tuum submissus adora:
Regem, cui similem nec tempora prisca dederunt,
Nec ventura dabunt, licet aurea seclare currant
Ascrao cantata seni, cœloque relieto
Malcolmi terras soboles generosa revisat.

Ille tamen, gratis Humbri, Tamesisque fluentis
Posthabitatis, tenui stringit tua flumina lembo;
ALECTI QUE subit longo post tempore tecta,
Mille sui precibus populi, votisque petitus.
Nonne vides blandi qua sit clementia Cœli,
Asperaque ut verno mutata est bruma tempore,
Ut primum patrij tetigit confiniare regni?
Ut populos Pax alma beat, collapsa resurgent
Templa Deo, tollatque caput sacer altius ordo,
Herculeasque illo speret sub Principe partes?

Vestiat ut positis tandem bombicina pannis?
Fibulanobilium constringat ut aurea crura?
Mercator Geminos currat securus ad Indos,
Ut Patria donet quicquid natura negavit?
Quin igitur nunc, Taë pater, caput exeris antro,
Et placide pelago totis illaberis tendis?

Tuque PATER Patriæ, magnorum Maxime REGUM,
Quo majus nil orbis habet, quem poster a fama
Ascribet Divis, te pulchra Britannia quamvis,
Et subiecta tuis glacialis Hibernia sceptris,
Atque suum REGEM te agnoscant Hebrides omnium.
ALECTI tenues ne dedignare penates.

Hac urbs, si seriem repetas ab origine primâ,
Prisca ex aquavit Gulielmi tempora Regis.
Corniger hic primum per mille volumina Taüs,
Inter scotigenas Taüs pulcherrimus amnes,
Eructat dulces in amaram Dorida lymphas.
Hic portus, Xerxis quem clausa tota subire,

THE MUSES WELCOME,

Atq; Agamemnonia potuissent Mille cariae.
 Relligio hic primum prisco donata nitore,
 Purior & cultus, pulsâ caligine sedit.
 Hic in te populus studiisque animo que fidelis
 Semper erat, vitamque tuâ pro laude pacisci
 Promptus, & ad nutum quicquid sufferre paratus.
 Aspice quam densâ plebes stipata coronâ
 Ore tuo fruitur; que pro te vota Tonanti
 Concipiatur, que lustratibi, que sacra precetur.
 Accipe de votas mentes: nec pectora donis
 Sed studis metire piis: patriamque Boëti
 (Qui famâ patrum sacravit factatum orum)
 Respicere pacatis animis, vultuque sereno.
 Sic tu non ullâ fuscentur profera nube;
 Et tuus in patrias crescens non degener artes
 CAROLUS, ad seros transmittat sceptra nepotes.

PETRUS GOLDMANNUS Deidonanus M.D.

AD REGEM EGYPTIACUM, ARGUMENTO

sumto ex lib. 3 de Republ.



um Deus humanos artus & non imitanda
 Solerti ingenio conderet artis opus:
 Temperies variis cuique & mistura metalli
 Addita; nec moles omnibus una fuit.
 Imperio dignis argentum incoxit & aurum,

Materia hac animi nobilioris erat.

Vulgo durities aris, ferriique remista est:

Indicum ignavæ mentis & illa fuit.

Hec si vera Sophon oracula, primigenamque

Temperiem produnt pectora queque suam;

Nec ramenta aris, ferri aut vestigia, in ortu.

Quisquam primo dixerit illa tuo:

Multased argenti solidi, rutilantis & auri

Pondera, materia mixta subesse tua

Arguit in vita mentis constantia, puri

Etradians animi Lumen, & Auratui,

Et quascunque alias nitidi virtutibus auri

Congeneres dotes nobile pectus habet:

Visque adeo Herois generosi pectora gestas

Alta, tot imperiis digna, quot orbis habet.

JACOBUS GLEGIUS Deidonanus:

TO THE KING'S MAJESTIE. 10

HIS MAIESTIES WELCOME

at the Pallace of Dalketh, the xi day of Junij.

DALKETHENSIS PHILOMELA.


 Vum Cedrus, quum celsa tibi, Rex magne, Cupressus
 Obsequii in signum capita inclinare superba
 Latencur, pedibusque comas sub sternere sacris;
 Lentane submissam renuent Viburna salutem
 Dicere, seque imis DOMINI prosternere plantis?

Et tibi quum dicant REGI tua magna salutem

Oppida, non magnum tua parvula villa salutet?

Villula, que Regum quondam secessus amoenus,

Pectora quum gravibus voluere remittere curis.

Huc laxa invitant Pallatia, culta Napaeis

Prata meis, geminâ gaudentes Naiades Escâ;

Invitantque mea leta ad pomaria sylpe.

Te Dryades: licet hic capiti circundare Myrtum,

Sacraque Phæbœâ tua cingere tempora Lauro.

Hic legere est cerasos, omnes & carpere fructus,

Quos suavi Pomona sinu produxerit & squam.

Hic quoties pavidos canibus committere Damas,

Ramos quoties turpacia pectora Cervi

Figere gaudebas? quoties haurire sonores

Te hic & vidi dulces cunctarum, Magne, volucrum,

Qua picturatis volitant per inania pennis?

Sed tibi prima sacras implebat Daulias aures

Garrula quindenos repetens Luclinia cantus:

Quilia non Orpheus pulsando pollice nervos,

Nec Linus ipse illic dulci modulamina voce.

Omnis in exiguo contracta est Musica gyro,

Dulcissimam Philomela cavo dum gutture vocem

Producit longo tractu; & variatur & inde

Coneiso; flexo distinguuntur, inde retorto

Ingemint: nunc moesta gemens secum ore rotundo

Murmurat; atque gravi, summo, medioque & acuto

Produlci Philomela sono totum æra replet.

His tua te Vallis reducem Kethea salutat

Cantibus; atque suo REGI bona cuncta precatur

Que dare vel Virtus queat aut Natura, perennes

Vt faciat Philomela suos tua gaudia cantus.

Ecce A : Simonides.

THE MUSES WELCOME,



'EYNOIKON.

Vrba poëtarum ruit in te, maxime Princeps
Certat & officis docta caterva virum.
Liquit et Aonidū Parnassi in vertice fontem
In boream migrans ex helicone chorus.
In te confiprancs vatum chorus omnis, in cunum
Contulit, & Musa quicquid honoris habent.
Sed sine te, frustra tanto canamine vates,
Frustra Pierides ex Helicone Dea.
Tu decus aeternum Musarum & gloria vatum,
Ipse tibi solus carmina digna dabis
Solus dulce canens Musis & Apolline digna,
Solus Apollino dignus & ore cani.
Sat mibi nunc inter communia gaudia, mutus
Non fuerim, atque mihi sic voluisse satis.
Veribus incultis quodam tantum culmen adire,
Auribus & sacris obstrepuisse stylo
Ausus ineptus ego, ne deditnere, frequenter
Frondibus ornatur vallis aræ foris.
Sæpe in neglectis inventa est gemma lapillus,
Sæpe cadus vultus, nobile Nectar habet.

'ELAINETIKON.

AGNÉ, Caledoni flos et novæ gloriæ regni,
Subiecta imperio qui tria regna uno;
Tu quem juricolum Marvonia pectora Scotti
Principe quo felix Saxonis ora tumet;
Quem dominum supplex veneratur Hibernus et omnis
Quæ sub hyperboreo gens latet axe ferox;
Dives opum, cui tot terra, tot lictora parent;
Cuique superba Deus sceptra gerenda dedit;
Dum tua conamur præconia dicere, laudes
Musa veras, culpa reverere ingenuis Non

Si possum: A. 31

TO THE KING'S MAJESTIE. III

Non ego Meonio scribam si texta cothurno,
Sufficerem in laudes, Magne IACOBÆ, tuas:

Tu nec laudis eges, nec nostro augebere cantu,

A Jove supremo proxima sceptra tenens.

Felix imperio, felicior arte regendi,

Orbis delitie, ac anxia cura Deum.

Sospite te, semper sub tuto cymbone quiescer

Relligio pura, ac intemerata fides.

DEFENSOR FIDEI vindex animosus & acer,

Accedit titulis nobile stemma tuis.

Cumque alios quatunt trepidâ formidine bella,

Securus regnas vnuis in orbe tuo.

Atque inter Reges, sedando bella per orbem

Arbiter, aeterna fœdera pacis amas.

Pacis amans, pacemque colens, violenta perofus

Bella, Beatus habes symbola PACIFICI.

Advolat & celo rediens Astræa relicto,

Sacra simul duplex tempora laurus obit

Justitia & Pacis; quarum quis amantior alter?

Dum libras justa sceptra verenda manu;

Et satagis populis privas imponere leges,

Tempora maturum rebus videre gerendis,
Alter ab undecimo soleum cum volveret annus,
Jam pontis te (magne) tui pia cura momordit.
Nunc quoque marmoreis quod surgit in alta columnis,
Quod placidâ convestit aquas testudine, & altum
Carpit iter tutus noctesque diesque viator,
Muneris est hoc, Daphni, tui : tua gloria tantis
Fulget imaginibus : dignas vicinia grates,
Quasque potest, Amaylli habet : tua nomina summis
Laudibus, & merito grata amplectetur amore.

At gravis hinc nostram rapido admiratio mentem,
Quod tu pointe procul, procul hinc Amayllide Daphni,
Carulei per curva Tai vada tendis in Arcton :
Quâ tibi nec tutum tremulam concendere puppim,
Nec placido datur in terram descendere saltu.

I i 5 Heu

Heu potes his charum caput objectare periclis,
 Nec pontis memor, & veterum securus amorum!
 An quod adhuc pendent opera interrupta, manusque
 Jam fabrica sublata novas accendit in iras?
 Anne quod (O certo Deus, omina numine firmet!)
 In nostras redeunte plagas, subtracta parumper
 Tempora, multiplici reddit cumulata voluptas
 Fænore, cum radios tui clementia vultus
 Et lachrymas, noctemque mihi, tristesque tenebras
 Discutiet, dabiturque pedes contingere sacros,
 Et, prisco de more, pia dare, basia dextrae.
 Haud secus, ac rosa nocte latens, tenebrisque voluta,
 Folliculis que obducta suis, rabi solis eōi
 Jam jubar, auroramque videt properare serenam,
 Explicat audaces splendentis ad aurea vultus
 Lumina, puniceoque rubet spectanda colore
 Jam rutilans, placidumque nitens exhalat odorem.
 Sic reditus lux alma tui Saturnia secum
 Tempora, & antiquos, & vi melioris honores.
 Ducer, & ingratiposito squalore doloris,
 Ambroso latos perfundet lumine vultus.
 O precor illa dies perniciibus aurea pennis
 Advolet, illa dies nivœ signanda lapillo,
 Quia mibi me, Magnunque mibi celeberrima reddet
 Daphnis, & audaces amplexum mittet in vltus!
 Hic ego te (pius virget amor, miserere fatentis.)
 Tam longas traxisse moras, tam concita amanti
 Indulsi et tuae contracto tempora gyro,
 Heu doleam, sileanne, meos miserata labores?
 Dum tu lentus abes, dum me dolor altius in horas
 Vrit, & ero his mandit præcordia fibris.
 Quid querar? ah fortis non est opus indice nostra:
 Publica privatis miserâ permista ruinâ.
 Intercunt, temesque premunt sub pondere cives.
 O tecum liceat taciti mibi vltus amoris,
 Queque imos penetrant cur arum nubila sensus
 In gremium diffusa tuum (dolor angit amantes).
 Sublati aperire dolis! quia solus Apollo,
 Solus Apolline à celeberrimus arte Machaon,
 Solus es admotis Podalyrius inclutus herbis.

Undecimo Cal. Junias 1617.

A MARYLLIS
EXULTANS,
Ecloga Secunda.



Ia Amarylli! gravesimo de pectore curas
 Mitte libens, lacumq; hilari caput exere vultu:
 En tibi, quæ teneris lachrymas abstergat ocellis,
 Expectava dies redit; expectatus in horas
 Daphnis adest, vultuque tuos placatus amico
 Letius aspectat tria post quinquennia vultus.
 Jam tibi sis tra sonent, placido cava Cymbala pulsu
 In solitum pæana leves concussa per auras
 Ingeminant, iterentque novos cava tympana cantus!
 Jam tempus pepulisse situm, jam strata viarum
 Innumeris dentata locis, jam mœnia justo
 Aggere conclusis surgent reparata ruini.
 Sed neque fornicibus, pariusve onerosa columnis,
 Jam septem post lustra levi properata labore
 Incubent tabulata: suo bonus omnia Daphnis
 Aspectu recreata, suoque micantia cultu
 Restaurare dabit, prisco cumulanda nitore.
 Ergo, Caledonia celeberrima gloria terre,
 Et gentis spes magnatue, cui numen amicum
 Sceptrigeros jam quina quater per secula patres
 Vel soli numerare dedit; cui ferrea Jani
 Limina belligeri validis occlusa catenis,
 Lataque compositis mitescere secula bellis
 Annuit aeterna divina potentia dextra;
 Expectate redit; alacri concussa tumultu
 Profficit, & merito venienti assurgit honore
 Gens vultus mirata tuos, conjunctaque sceptris
 Sceptra piis, hominum nullo madefacta cruento.
 Externo toties ferro periisse, suoque
 Credita, salva ramen per tot divinitus annos,
 Unicunq; olim bis quinque Britannia regnis
 Subditæ, quam placide sceptrum coalescit in unum!
 Quæ Scotti, indigenaque prius tenuere Britanni;

Picto

Pictorumque manus SCOTO subjecta triumpho;
Saxonidum septem distincta potentia regnis,
Post Cymbro submissa truci, Neustroque ruenti,
Nunc fato conjuncta, tue dant nomina dextro.

Neve quis heredem neget his succedere sceptris,
Aut putet hacten regna tuis indebita fatis;
Nullus erat, cuicunque soli pars colla Britanni
Sceptra tenenda dedit, vero qui sanguine cretam
Teneget esse suo, justisque in regna vocari
Auspiciis, rerumque tibi non cedat habenis,
Si modo vitales etiamnum carperet auris,
Nec tantas in luce moras data fata negasset.

Adspice Brittonum qui sceptra novissima rexit
Saxonico mox pressa jugo, cum regna tueri
Difficiles Fortuna vias inimica dediceret,
Hoste premente gravi, cum jam dissideret armis;
Cœlitus astati fertur pre agia vatis
Auribus hec haufisse, quies ubi sol veret artus.
Venit summa dies rerum, miserandaque regni
Fata (Britanne) cui, ferius omnia conteret hostis:
Ulterius tentare trucis discrimina bellum
Desine, at ista memor duri solatia cœsus
Mente reconde: tuo surget de semine Germen,
Quod latè imperio terræ potietur, & armis,
Quâ se ingenti sumosa Britannia tractu
Porrigit, Oceanique vagis perfunditur undis.

Hinc Abayus post facia tuus bis quatuor, idem
Pugnaces qui pace Rosas, & amore revinxit
Brittonum tibi, Saxonidum tibi tradit habens:
Brittonum, Cadovalliaci quod sanguinis hores,
Qui postrema manu Brittonum vincula torst:
Saxonidum, tibd sociatus amore jugalis,
Saxonidum, septena suo qui regna triumpho
Clusserunt, Cymbris, Neustrisque petita procellis.
Hic, junctis post mille rosis discriminis, belli
Civica depositis incendia sustulit armis.
Hinc Maternus Avus pro aviti clara propago
Connubij, junctaque tori genialis honore (vit.
MARGARITA, Anglegenum commiso sanguine cre-
Vnde ab avi fato stirpem rapiente virilem,

Regia

Regia SCOTORUM faboles suffecta reficit,
MARGARITA prognata axia de semine magne.

An memorem proximum Cymbra genitricem creatu
Neustro-Angulum, radas SCOTO qui sanguine miscet.
Ne sacra non omni sexies ex parte bearam
Progeniem, tanto decorandam stemmate honor?

Quis te HENRICE PATER, yacitum memorando
Reginæ thalamo MARIA dignata superbo relinquit
Vt genus amborum titulis illustre parentum
Profluat, vrgq; alte, sanguine scandat ab tongis
Vt que unam fato in fabolem coalescat, idemque
Innumeris diadema bonis cum pace decorum
Quod capiti jam (Daphni) tuo meliora sacrarunt
Tempora, sopitis innoxia tempora bellis.

Quis tibi Scotigenum, germanaque regna parentis
Pictica qui justis fregerunt castra trophes
Eripiat, rvel sceptra neget, pro vita tueri?
Quid, quod & Hectoridum titulis accedere tantis
Gloria, preque aliis nemoralis Hibernia gestis?
Vnde Caledonii fluxere ab origine Patres,
Et FERGUSIADUM generosa potentia regum,
Qui fastis bis dena suis jam secula claudunt.

Quod nisi priscorum fallunt oracula tuarum,
En etiam majora manent: felicibus oro
Auspiciis, quodcumque dabit DEUS, utere fate.
O magni tener orbis amor, quem maxima rerum
Innumeris momenta tenent obnoxia curis;
Seu Romana tuis, seu Bizantina triumphis
Castra dabit subigenda Deus; tu forte minores
Res etiam dignare tuâ meminise, nec tñquam
Pectora perde pio teneros Amaryllidis ignes,
Seu propiora tenens, seu cum diversa petentem
Longa salebroso plaga dividet in via tractu
Quæ te cunque vocant rerum momenta tuarum.

Quam facili mecum recolo gratissima amantis
Pignora mente, meos qui post cunabula vultus
Non designarus reliquis preponere Nymphis,
Meque, meumque alias supra caput extulit vorbes!
Sic pia progenies, sic & veneranda priorum
Pectora pre reliquis decertavere parentum

Kk

Me

Me donis decorare suts: tot secula testor
 Ex quo m^r feris amne Taüs, me fluctibus Almon
 Indomitis, prisēos egere relinquere tractus;
 Et genio meliore novis exquirere fedes:
 Ex illo vallemque colo virtutis amanam
 Pulchritus, egrumque sion cum membribus verbem.
 Quid Pontem, fluviisque canam? quid prata decora?
 Hinc atque hinc diffusa meos cingensia muros?
 Quid rapidum Almonem? qui per tot millia passum
 Oblitus genii, sine me dum tristior amnis
 Ipse suo designatur langue cere in alvo,
 Dum mea per latos lustrat vestigia campos,
 In mea vibrans sese dum porrigit ulnis
 Mœnia, tranquillo dum me contingere plauso
 Apparat, innocuis ponaria perluit vndis:
 Non errore via, blando sed amore locorum
 Captus, inexhaustis rot serviat condigne lymphis:
 Quā feris irrumpit Boreas, quā nubibus Auster
 Nubicolus effundit aquas, quā vesper olymo
 Succedens noctis surgentia dirigit astra.
 Grampiadūm Taüs ingenti regnator aquarum
 Agmine, per partique fluit, restitque recepsis
 Pontis, & vndenos subter dilabitur arcus:
 Lypidaque, & quali faciem Narcissus in vnda
 Vidisset fato forsitan meliore; recurva
 Naiades antra tenent pulchras testudine sedes.
 Quid diversa sequar? tua me presentia donis
 Plus facies augusta juvar, plus candor honesti
 Pectoris: ipse mihi tu munere gravior omni.
 Nec data me, sed dantis amor mea viscera tangit.
 Dum queror, absentem, sine te dum mea relinquo,
 Lux oculis ingrata meis vix languida pellit
 Nubila curarum: noctes vigilantur amare:
 Nec mulcere meum sine te potis ulla voluptas
 Pectus, & indomitos animi sedare dolores,
 Nec potis est tantam curarum extinguere molem.
 O tecum licet Pylios quam longa per annos
 Tempora, volvendis mihi jungere secula seculis:
 Dummodo te nostris teneat securus in oris
 Noster amor, placidaque neant tibi firma senecta

Stam-

Stamina lanificæ faro felice Sorores.
 Heu frusta mea vota cadunt, finemque modumque
 Fac lacrymis Amarylli tuis: dum fata dabuntur,
 Lata fruare tuo (breve cum sit tempus) amante.
 Quid tibi pro tantis digna mercede rependam
 Muneribus? cuius sors non est opis indiga nostra:
 Cum merces sit amoris amor, mihi prima voluptas
 Daphnid amare meum est, & amantis ab igne peruri.

Tertio Nonas Quintiles.

A D R E G E M P O N S P E R T H A N U S.

MAXIME REX, nostri solatia maxima luctus,
 O toties casus commiserare meos.
 Maximus ille ego sum Pons, & modo maximus am
 Se pronum in gremio rovolvit, agitque meo.
 Iple per vndenos jacui minus totius annos.
 Nunc lacer in medis semirefectis aquis.
 Solus eras, animo qui me miseratus amico,
 Contuleras census Regia dona tui.
 Sive ego Pontifex, qui nominis omnia nostri
 Praefigunt titulis officiosa suis:
 Sive ego Questores animo miserabilis agro
 Orarem, surdis me cecinisse queror.
 Eloquer, an fileam! nostri penuria census
 Me pro marmoreis ad tabulata vocat.
 Urbs Mea, præ reliquis me commiserata ruinis,
 Exhauit loculos (heu mea fata!) suos.
 Siqua superrestant nostri medicamina morbi,
 Solus Apollineâ fer medicamen ope.
 Me tibi, me patriæ, simul & mihi reddes, misque;
 Vt merear ticalis justa trophaea mei.
 Subsidii expectantissimus
 Kk3 PONS PERTHANUS.
 HENRICUS ANDERSONUS Mercator Perthenfis.

D E R E G I S
IN SCOTIAM ADVENTU
ET IN URBEM PERTHI

Introitu

Dialogismus Scotiae & Genij.

GENIUS.

HO! venit Imperator ille maximus:
Scotis reluctet fidus alnum Phosphorus,
Cæli voluptas, una terra suavitas,
Tuncela ponti, terror ingens inferum.
Sco: Quis ille nostras clangor aures perculit?
Quæ vox? quis illæ clamor, ille Maximus
Venio? quis Imperator ille maximus?
Gen: Cæli tremendus architectus ignei
Longæ misertus hyemis ac asperrima,
(Quâ tu parentis orba, solis indigata
Sponjo viduata, Principe illustrissimo;
Mærore corpus macerata tabido,
Confœcta curis torpisci languidis)
Huc imperavit remigio celerrimo
Tunc tonus ardor, Sol & illustrissimus
Remeans ab Austro currus ut retorqueat,
Bigisque tractus ALBIONIS pervolet,
Radiisque frontis entheæ Chrysargyris
Languore gentem maceratam noxio
Recreet, & aurâ mitiore pròvocet
Virtutis alumnos desides, in flosculos;
Foveatque sanctam pace sancta Ecclesiam.
Sco: Genie quid inquis? quid novi est quod
Nostræ amores, nostra desideria (audio?)
Redire jussit rector orbis optimus,
Algore fractam me revsum Scotiam?
Gen: Jussit. Sco: Supremi num Tonantis nu-
Obedientem se Monarcha præbuit? (tui
Gen-

Gen: Non sic subactâ belliger Cleopatrae
Cæsar triumpho splenduit piratico:
Nec credo currus clariorè eburneo's
Pompa, pyropis involvulus igneis
Immergit condis Hesperus cantabricis,
Quam gloriofis optimatum copiis
Stipatus, altis hinc & inde satrapis
Monarcha Magnæ maximus BRITANNIAE
Intravit alma Regni aviti limina.

Sco: Meus ne, alumnus ergo, spes, festivitas,
Regum meorum, credo, centu-septimus
Venic? Gen: Triumpho venuit ille splendido.
Sco: Nomis, magno sceptriger a BRUSTO?

Gen: Idemq; natu's matrè Scoto-Gallica.
Sco: Anglis junxit qui rosas est ab nepos?
Gen: Nempe ipse regna qui revinxit aspera.
Sco: Cujusque seros augurantur posteros
Datos Britannis omne in ædum Principes?

Gen: Imo ille Judæ qui Leonis impetu
Leo scelesta Romæ aduret mœnia.

Sco: Referta quantis dicta profers gaudiis
Condita quali prædictas dulcedine!
Genie ut benignis me beas sermonibus!

Amabo sed anne vera quoquo edifferis?
Gen: Mirum volutis mille bis quem solibus
Experta fidum semper es satellitem,
Rebusque promtum semper in durissimis,
An regis jam nudi vendus auribus

Impertinentes obstruam fallacias?

Sco: Ignofce nostræ quoquo diffidentia:

Etenim muliebri pertinax est sexu

Hac indoles, hoc indutum illis ingenii,
Effictum amantes si quid & quam flagiter;

Altâque decrevere mente persequi;

Infanda quoque moluntur, illico

Fallaciarum exercitus conscribitur.

Parant cohortes, diliguntur copie:

Aptant maniplos, milites & instruunt:

Prædam bicorni persequuntur impetu.


Hac versipelles blandiuntur lumine:

Illac minaci fronte tundunt monia:
 Efflagitanc; indefinenter expectunt:
 Verbis quid opus est? nullus ipsis est modus:
 Per fas, nefasque quidlibet nanciscier.
 Certum: mora omnis est amanti nausea:
 Si cui resistas, urget, instat acris:
 Insanientem insanorem feceris:
 Auritus illis testis instar pueridi
 Fungi tenetur; nulla credunt auribus:
 Vix suspicaces visui credunt suo.
 Gen. Fidem Jehova vestram! ut in orbe infimo
 Contortuplicatis fœmina sunt moribus:
 Sibi requirunt, quam negant cunctis fidem.
 Tamdemne binis hinc credes orbibus,
 Quos tu intueris, & ego verso lucidos,
 Quies te, polumque confisor circumfluumis
 Tuumque quies Apollinem, Regem tuum
 Squalentem eis contuor smaragdulus?
 Sco. Mea salutis anne tu hic Asclepium
 Vides? Ge. tuâq; antiquâ in Urbe, & adibus
 Perthi. Sco. decoro cui benignus oppido
 Rex se benignum stare vobis præsidem?
 Ge. Certè. Sco. Suoq; pacta sanxit syngrapho
 Ge. nimurum. Sco. Apertâ quando in Urbis ago
 Distenta vinum depluebant nubila?
 Ge. Memini. Sed altis in poli palatiis
 Dicta altis dñs amictus Juppiter
 Splendore quali, quâ coruscat gloriâ
 Nostîn? Sco. reminiscor audiisse. Ge. gnariter
 Te dextroversum, Mater alma, vertito.
 Majestate pari tuum
 Solamen, Patria præsidum sue
 Cernes, semideum tuos
 Fulgentem proceres inter, iaspide
 Indutâ similes dñs.
 Sco. Eheu disperii Genie!
 Agra gemma labant: prospicio parum.
 Gen. Istud dñ superi detent;
 Vertat pestiferis Juppiter hostibus.
 Sco. Eheu fulgure Regio.

Percu

Percussa, examinis concideram propè:
 Vt. Solis rutilum jubat
 Arctoi faciem percult obviam!
 O pulchra radius gena
 Perstrinxere aciem luminis ut mibi
 Gen. Regina clara queso ne despondeas
 Animum, resumico; & timorem ducute:
 Mens firma rebus multum in artis adjuvat.
 Sco: Mibi inquietam multa mentem differit:
 Germanus ille vultus estne Principis,
 Quo me benignis intuens aspectibus
 Bebat, arva cum pererrans pinguis
 Falcone pavidas hic volucres præpete,
 Ferasve odoro queritabat Lelape?
 Gen: Est illa facies ipsa multum amabilis,
 Regina, quam tu deperitas onice,
 Ex quo nitentem luce primum adspicerat
 Polum: sed hoc est unde mens mibi fluctuat,
 Tu quæ solebas perspicacis ingenî
 Visu, & vigore Lyncea antevertere,
 Oculis caligans non vides nunc maxima,
 Et quæ propinqua non minus vidi sienni?
 Non sensus expers illa judicabitur
 Quæ vitam adesse vix queat scire suam?
 Sco: Vt. hæc amoris (Genie) non inscitia est:
 Ingentis onere gaudii sensus stupent.
 Que valde amamus ea vix habere credimus,
 Tam pertinaci studio habere volumus.
 An quispiam animam adesse sentiat suam,
 Adesse ni animam sentiat corde in suo?
 An quispiam suos amores sentiat,
 Suos ni amores sentiat corde in suo?
 Vitam atque amores nunc scio prestò mibi,
 Vita atq; Amores cum ad Cor usq; venerint.

JOANNES STUARTUS
Mercator Perthensis.



R E G I
P E R T H U M I N T R O E U N T I

XAPAZ EYNΟΙΑΣ ΕΝΟΣΕΩΣ
CARMEN.

Felicis oblectet se tota Britannia pace;
Vera ubi religio est, una ubi sancta fides;
Qualis Geryones inter concordia fratres;
Talis in aeternum regna Britannia liget.
Chara Caledoniae soror Anglia juncta maneto;
Nec vos discordes sentiat ulla dies.
Rex pater utrisque est, & pulchra Britannia mater,
Vna fides nectit, nectat & unius amor.
Nectat & aeternis celi concordia flammis
Aequa va, & nulla pax violanda die.

ALEXANDER ADAMIDES.
Mercator Perthenis.

HAIOMONIKON.

Doles magna Tonantis, alme Phœbe,
Musarum decus, emmenseque splendor:
Expectate diu, venis decorus
Clarum multiplici caput corona:
Exoptate diu, venis potitus
Palma, curriculo vobens decoro.

Te unum poscimus, alme Phœbe, munus;
Phœbe delicia, decusque, amorque,
Phœbe pars anime, vigorque nostra,
Te unum poscimus, alme Phœbe, si fors
Mortalis superis sit ut senescant,
Seram, ut magnanimum teneat Leonem,
Sera in secula transfigas senectam:
Ver longum, ut tribuas & expetuum,
Ver bruma, ab nimis, ab nimis, nimisque
Longa & intolerabili, coequum.
Verum quo celerem jam ages curulem?
Mutata m' o faciem poli solique,
Moxne curriculum rotis citatus
Velox in rigidam seres Capellam?
Ab brevi nimis, ab nimis, nimisque

L1 Nobis

Felici

Felicis oblectet se tota Britannia pace;
Vera ubi religio est, una ubi sancta fides;
Qualis Geryones inter concordia fratres;
Talis in aeternum regna Britannia liget.
Chara Caledoniae soror Anglia juncta maneto;
Nec vos discordes sentiat ulla dies.
Rex pater utrisque est, & pulchra Britannia mater,
Vna fides nectit, nectat & unius amor.
Nectat & aeternis celi concordia flammis
Aequa va, & nulla pax violanda die.

ALEXANDER ADAMIDES.
Mercator Perthenis.

HAIOMONIKON.

Doles magna Tonantis, alme Phœbe,
Musarum decus, emmenseque splendor:
Expectate diu, venis decorus
Clarum multiplici caput corona:
Exoptate diu, venis potitus
Palma, curriculo vobens decoro.

Te unum poscimus, alme Phœbe, munus;
Phœbe delicia, decusque, amorque,
Phœbe pars anime, vigorque nostra,
Te unum poscimus, alme Phœbe, si fors
Mortalis superis sit ut senescant,
Seram, ut magnanimum teneat Leonem,
Sera in secula transfigas senectam:
Ver longum, ut tribuas & expetuum,
Ver bruma, ab nimis, ab nimis, nimisque
Longa & intolerabili, coequum.
Verum quo celerem jam ages curulem?
Mutata m' o faciem poli solique,
Moxne curriculum rotis citatus
Velox in rigidam seres Capellam?
Ab brevi nimis, ab nimis, nimisque

156 THE MUSES WELCOME.

Nobis sic hyemem dabis ferocem:
Ah longum nimis, ab nimis, nimisque
Nobis sic hyemem dabis rigentem:
Sicne cuncta ruent (quod o' vident Dii)
Antiquum in Chaos? ante destinatum
Tempus latitia fluentne nostra?
Certe cuncta ruent, fluentque; cum Rex,
Motum in Zodiaco sequitur, Austrum
Calentem Boream petes relicto.
Ergo curriculum tene ad Leonem,
Siste curriculum diu ad Leonem,
Donec siderei calore vultus
Meissi ingeniorum amena late
Flavescat, tibi fonte dedicato
Et mentes sicutur Hippocrate.
Nostra tum ignibus (o Apollo) sacris
Corda accensa tuis, tuas canendi
Laudes egregias, tuas colendi
Virtutes celebres amore rapta,
Tollent perpetuis tuas camentis
Laudes, perpetuo tuaque nostris
Laudes materies erunt camoenis.

HENRICUS ADAMIDES
Perthensis.

ELEGIA VRBIS
PERTHANÆ.

 Alve noster amor, Regum optatissime salve:
Quanta rediit nobis gaudia, quanta creas:
Phobus ab eoo radiorum ardente corona
Illustrat terras, exhilaratque viros,
Sic rediit lux alma tui, Rex optime, vultus,
Dat jubare ethereo nocte dieque frui.
O mea spes, mea laus, mea gloria, sola voluptas!
O decus Aonii, materisque chorii!

Rex

TO THE KINGS MAJESTIE. 157

Rex JACOBE, veni, multis defuncte periclis:
Nectaris ambrosio flumine tincte, veni.
Non ferrum, non flamma feroc, non dira venena,
Non Sarana potuit frans nocuisse tibi.
Enea turris erat tibi, Rex, fabricator Olympi:
Hostica terga dedit dilanianda lupta.
Cyrus ut auspicio supremi Numinis audax
Reddedit Iasidum libera colla jugo;
Alta Semirameo fabricata bitumine stravit
Memia, regificas depopulatus opes:
Sic tu divinâ redimitus tempora lauro,
Servitio emittes pignora chara Dei:
Servitio Turca, & Babylonis carcere solves:
Ut Domini laudes nocte dieque canant.
Tarpeioque Jovi lethalia vulnera figes.
Qui bonus arma Jove, qui Gedeonis habes.
Ex quo Palladium, Trojane gloria gentis,
Raptum erat, à summo culmine Troia ruit:
Sic ubi te cortina Dei, non ludicra Phoebi,
Principes, Saxonidum justè adire ploras.
Heu tria lustra dolor lachrymis consumit obortis,
Visag funereas parca tulisse faces.
Interea gemibunda, manus ad sidera tendens,
Cogebat querulos semper inire modos.
Me mea deseruit spes, anchora tuta salutis,
Et premit adversa sors malefida rotâ.
Heu invisa mihi radiantia lumina Phœbi!
Nec sine Rege placent inclita regna Jovis.
Olim ego florebam Regum clarissima sedes,
At nunc in cineres gloria strata jacet.
Dives agri! quam dives opum! quam splendida gemis!
Inque dies Tyro murice picta fui.
Vndique finitimi nostrum coluere tribunal,
Fascibus affueti subdere colla meis.
Diva fui, cinxitque meos parnassia crines
Gloria, & indulxit Delius ipse Lyram.
Enthea commisit mihi casta sacraria Pallas,
Crediderat numeros Calliopeia suos.
Ast ubi terga dedit pars pedestris optima nostri,
Laus fugit, & numeri, Calliopeia, tui.

L13 Nocte

158 THE MUSES WELCOME.

Nocte graves gemitus spargit Titania nostros,
Liventisque genas Phœbus ab axe videt.
Tot tremor adversis, tollit quot in aquora fluctus
Scylla, procellosis dum ruit Eurus equis.
Donec eram felix, Regum & radiosā widerem
Lumina, & amplexum fata dedere mihi,
O quām bellipotens, ostroque insignis & auro,
Et Jove supremo conjugē digna fui.
Seravimus horrendis Cimbororum corpora telis,
Stravimus alitorum colla superba Dicūm,
O quām sāpe Tāum spumantem sanguine vidi!
Sanguine Danorum, gloria tanta mea est!
Quanta fuit virtus & quanta potentia, norunt
Cimber, Saxo potens, Hectoridumque genus.
Vi medio nitet axe dies, placidissima lymphis,
Pulchra situ, Regum gaudia, amoreque fui.
At malesana meos mutat Rhāminusia vultus,
Nescio quo fato, sed furibunda premi.
Post tria lustra meis accedit purpura fastis,
Jam posito luctu carmina leti cano.
Jam fronti cōvatus bonos. jam vertice lauris:
Pandite Pierides nunc Helicona Dea.
Aurea quām fulget roseis Aurora quadrigis,
Clariss australi venit ab orbe jubar.
Maxime Rex, Phœbus Phœbæque turba, sorores,
Te reticente silent, plectra moveante canunt.
Nix mihi, Tindaridis facies despecta, Deoque
Cypridis: at forme tu decus omne mea:
Non ego dīvitias Cræsi, non Persica regna
Opto, sed amplexus, Cypride digne, tuos.
Malo Cleonzo memē obiecisse Leoni,
Quām mihi te mea spes in vita fata negent.
At dirūm Interpres tibi missus ab ætere summo
Præcipit australes mox remeare plagas.
I decus, I nostrum: felicibus usere semper
Auspiciis, mundi gloria, cura Deum:
Et vos O superi, Regem stipante corona
Cingite, terrigenū sternite colla ducam.
Sternite purpureā splendentes veste Tyrannos:
Sternite Tartarei nimina dira lacus.

Dii

TO THE KING'S MAJESTIE. 159

Dii tua cœlesti perfundent tempora olivo,
Gorgoneis que malis impia corda prement.
Nullus erit, qui te furiali percitus astro:
Deturbet solio, Rex generose, tuo.
Palladiis sine Marte reges virtutibus orbem:
Nam tibi pax summo culmine missa poli est.
Tu quibus Hyrcane moverunt ubera Tigres,
Mansuetos facies numine, Magne, tuo.
Fœdere conjuges sub utroque jacentia Phœbo,
Quod neq; Mars, neq; Mors solvere dira potest.
Tu religare soles variantem Protea vultus,
Tuque Lupos Oribus conciliare soles.
Fac, Rex alme precor, vultu Fortuna sereno
Specet, uti præsens luminis aura tui.
Tuque Lyra genitrix eris per secula carmen,
Spes, columen, laudis fons & origo mea.
Donec anhelantes è cardine promet eoo:
Phœbus equos Regum gloria semper eris.
Quā terram Oceanus refluis complectitur condit,
Carmine Meonio te super astra feram.
Dum Tāus ipse fluet, vel dum Thameleides vinda
Semper amoris eris fervida flamma mei.

Adamus Andersonius, Perthenfis.



Nde mihi tantus circum præcordia motus?
Cur agit insolita Phœbæ mea viscera flama
Fas ne mihi dicta redimiri tempora lauro?
Abdiraq Aonidum mysteria pandere vatæ.
Nuper ab his, memini, magna me voce sacerdos
Arcebat sacris, detinque accedere montes.
Ergo Heliconiadum mysteria celsa Sororum
Mirari, & tacita venerati mente solebam
Stans procūl. At sacros videor nunc scandere colles
Parnassi, cuius superant fastigia nubes.
Jam neque Pegaseos Phœbi Cortina liquores
Nec Phœbæ tegit vatæm penetrata Laurus.
Atria Musarum valvis panduntur apertis.


Li4

Nec


Nec sua jam Phœbus foliis oracula mandat:
 Antra subire licet: sua nunc oracula Phœbus
 Voce refert clarâ: vocat ad sua cœstra maniplos
 Qui sua Parnassi sunt per juga signa sequuti.
 Fallor ni Aoniae tibi se, generose, Camœna
 REX JACOB E parant, citharam tibi magnus Apollo
 Exornat: sed non sat habet si carmina cycni
 Docta ferant, nomenque tuum super athera tollant;
 Verum & inexpertam jam suadet ad arma juventum;
 Arma, quibus sacri rumpant peneralia Pindi.
 Celsa tibi Phœbus Parnassi culmina, & arcum
 Amisosque tibi debere fateetur honores.
 Pulsus enim cœlo multis inglorius annos,
 Ambrosiâque carens, Cithara spoliatus & arcus
 Delituit, multisque insomnis sub Iove noctes
 Egit, dum Admeti sequeretur per juga tauros;
 Tum primum Phaëtona suum laudare coegit
 Aspera sors, rapidos solis qui maluit ignes,
 Quām ferre in Clymenen, & se, convicia matrem.
 At illi fuerat multis sors durior, illi ualde durior
 Obfuit esse deo, quia sic finire dolores
 Posse negaverunt occulso fata sepulchro.
 Tu tamen amisos, fructur quies letus, honores
 Restituto, solumque illi, Citharamque, Jovemque
 Concilias; tu reddis equos, noctesque tenebras
 Tu removere facis: nunc Python delphica sentit
 Tela ferus, totum turpi caligine cœlum
 Qui tenuit, cuius fedabat anhelitus auræ.
 Ergo tuum sublime ferant super athera nomen
 Pierides, utroque tuas in cardine laudes
 A Cancro ad gelidos cantabit Apollo decembres.
 At tu magnanimum, tellus secunda virorum
 SCOTIA, quām felix tam cunabula Regi
 Quæ dederas, quævis maistoria pectora jactes,
 Et genus & multis antiquo à stemmate Reges,
 Nulla tamen major tibi gloria contigit conquam
 Quām magni cumis JACOBI, gloria cœlum
 Quem supra extollit cunctos simul ardua Reges
 Debita virtuti vere si gloria merces;
 Virtuti, totum radius quæ illuminat orbem.

Illa Taūm Tamesi jungens, prædulcia pacis
 Otia distractis per tot vaga secula regnis
 Aeternis firmar vincis, & limina Jani
 Ferrea compescens pacali obsignat Olivâ.
 Sic eat; eternam, spondent quam fidera, pacem
 Numina non illo rumpendam tempore servent.
 Et tua, quam tali felicem numina regno
 Fecerunt, Astræa comes cui jungitur, & quam
 Et Themis, & rosis comitatur Suada labellis,
 Majestas augusta diu precor aurea cernat,
 Quæ gladios mutent in duros secula rastros.
 Numina sed (vatum quæ juxta oracula priorum
 Decrevere tuis subigendam funditus Urbem
 Romuleam auspiciis) solidæ fundamina pacis
 Ne spondere putet, Rex illustrissime, donec
 Annuat optato tua dextra invicta triumpho.
 Ergo age, dum te fata vocant, quod numina spondent
 Aggredere O felix: peritura intenâ Romæ
 Te duce labantur, ferat & tua dextra Tiaram
 Prostibulo infami, stolidum quæ territat orbem.
 Sic tibi Dî faciles dederint redditusque viasque,
 Arctoas donec lustras cunabula sedes:
 Sic votis longam, nostrisque, tuisque, peticam
 Cetera quæ dederant, donent tibi Numina vitam.

Georgius Stirkæus Perthenfis.



162 THE MUSES WELCOME,



THE
KINGS MAIESTIE CAME
TO THE CITIE
OF
SAINCT- ANDROES

On Fryday the elevent day of July.

Where at his Majesties entrie this subsequent speach was
deliuered in name of the Towne by Maister

HARIE DANSKIN Scholmaister thereof.



TO THE KINGS MAIESTIE.

163



A TULLI DEONIS,
animalium omnium proxime secun-
dum hominem generosissimi, infirmi
& informes nascuntur; bimedes vix
moyentur, non nisi semestres recto in-
sistunt talo, & graduantur: contrâ
spugna illa apud *Hypam Scythia Eu-*
ropae fluvium, mane nascuntur, me-
ridie adolescent, vesperi consenescunt
& occidunt. Flores in *Adonis* hortis
vernantes ad auram quamvis, & flatum levissimum marcescunt &
corrumpuntur, ita citò nata citò pereunt, & quæ egregia futura sunt
sero proveniunt, eorumque incrementa quia lenti& minutis con-
stant auctibus per intervalla tantum sentiuntur. Enimvero si un-
quam alias hoc præterim tempore opus erat oratione gravi, suavi,
polita, erudita, liberali, admirabili, hoc materiae substrata digni-
tas polcebat, hoc civitatis hujus antiquissimæ & celeberrimæ ho-
nos flagitabat: hanc autem inordinatam sylvam, & confusaneam
faraginem neque labor expeditivit, neque cura lunavit; sine inge-
nii, accumine, moræ, maturitate embryo crudus, partus yrsinus,
aut magis viperinus, qui effractis uteri materni repagulis in lucem
erumpit illo scilicet cive, cui he partes erant demandatae morte,
sibi quidem opportunâ nobis autem intempeſtivâ e medio subla-
to, qui inclite huic Civitati a sermîs fuit & epistolis; Certe hæc
una remota navem plenis velis concitatam retardare potuit, quod
coram SERENISSIMO & AUGUSTISSIMO R E G E dicendum
esset, qui ut imperii amplitudine, ita ingenii fastibus doctissimos
quosque longissime submoveat, apud quem (ut de Cleare dixit Pa-
rius Geminus) qui dicere audent, eius ignorant magnitudinem,
qui non audent humanitatem. Illud ramen Plini ad Vespasianum
M in me

164 THE MUSES WELCOME,

me consolatur, rustici, multeque gentes Diis lacte supplicant, & mola tantum salsa litant qui non habent thura; nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo posset. Non est mihi animus REGIS Laudatissimi laudes prosequi, quas neque animo complecti, neque memoria assequi possum: satius enim est eas integras & illibatas cogitationibus vestris reservare, quam carptim & perfunditrie perstringere, summa tantum rerum legam fastigia, & pauca quasi punctis acuminatis signabo, ut illi quibus artas viget, & ingenium, seminarium habeant unde orationum suarum jugera complere possint. Sed ut apes vere novo exeunt herent & cunctantur qua parte camporum sidere, quid primum, violas ne an thymum, amellum an amaracum delibare velint ac depascere: sic ego hereo in tam uberi & copiosa dicendi segete, quod exordium, quem orationis meæ exitum inveniam. Rei divinæ olim operantes ad eum mundi cardinem ora oculosque converterunt unde lucis esset principium; ita ego ab eō temporis articulo verba facere incipiam, quo amicum, propitium, nobisque omnibus salutare hoc sidus excepit affulgere. Hipparchus divinorum consiliorum (ut ait Plinius) compos, quandam siderum cū nativitate Regum cognationem esse judicavit stella coronæ specie circa orbem solis interdui visa Augustum felicissimum fote imperatorem portendit & predixit; estque Lex non lata, sed nata Regum ortum & educationem Deo curæ esse, itaque Deorum filii & d'orpeos Beranes vocantur. O beata mater SCOTIA quæ vel hoc solo nomine florentissima queque regna multis parasangis antevertit, quicquid ubique terrarum laudabile est tibi uni assurgit. Creta ex auctoritate Jovis incunabulis nobilitata, Delosque geninis reptata numinibus tibi cedit, fidem constare auditis nescimus, SCOTIA dedit Principem quem videmus. Sed heu me miserum tum temporis ægra & pene exanimata decubuisti, vivax est calamitatum recordatio, piaculumque est in tam festa presentium gaudiorum luce tristia immiscere: prudentes imitabor Medicos alitorum vulnerum cicatrices leni & pendentri manu tractabo.

Sed quis vulneribus tam deploratis manum admovit? hic Deorum manus, divina virgula, Deus e machina apparuisti, & ut Aeneas patrem, ita tu patriam e media flamma servasti, ita SCOTIA horrida, squalida, situ & illuvie immunda succum & sanguinem, speciem & colorēm recepit, instarque avis illius Arابica, quam natura ferunt esse unigenam, moriens revixit. An Regi corporis bona naturæ primigenia primum commemorabo? quâlia sunt pulchritudo, incolumentas, sensuum integritas, valetudo, robur

TO THE KING'S MAJESTIE. 165

τοποτοι ειδος αξιον τυραννιδος. An ullius mortalis forma dignior est imperio? Certe anima tua idoneum sibi metata est hospitium dignumque indole sua fixit habitaculum; in quo hilaritas severitati, humanitas majestati, simplicitas gravitati nihil detrahit, & jam cæsaries insignibus senectutis ad majestatem augendam ornata, ut dubium sit utrum te mentibus nostris virtus an oculis vultus magis insinuet, virtus tua principatum metetur, sed virtuti addit forma suffragium, virtus præstet ut oportet te principem fieri, forma ut deceret, Valetudo per DEI gratiam a teneris unguiculis ad hunc usque diem firma, constans, inoffensa, certissimum summæ in vita moderationis indicium, eamque sine Medicorum opera aut medicinæ adminiculo jugiter es tutatus, memor Adriani, multitudo Medicorum Regem perdidit. Virium non mediocrium perspicuum est argumentum, quod equos ferociissimos nunc fræno fistas, nunc calcaribus ad cursum incites, ea denique disciplina qua par est commode tractes & modereris. Quod venatione omnibus seculis Regibus gratissima insidiantis otii rubiginem detergas, decisus quippe negotiis Majestati tuxæ volupe & familiare est saltus perlustrare, feras cubilibus excutere, montium juga superare, & Minervam non minus quam Dianam in montibus errare experiris. An a dotibus corporis ad bona (ut vocant) fortunæ veniam? quæ sunt vitæ adminicula, pacis ornamenta, belli nervi & subsidia, tibi pleno cornu humana se felicitas infudit, & eximia DEI Opt. Max. benignitas nihil deesse voluit; quo præcellens & divina animi magnitudo promi possit: sed opes tuas in chrysophylaciis & capsulis conditoris non reponis, verum ad liberalitatis & beneficentiae opus perpetuo uteris, magnitudinis quippe tuæ proprium existimas calcare mortalia, & quæ alii mirantur vel nulla ducere, vel ut mancipia ad virtutis ministerium redigere: neque mirum necareum puræ putæ Religionis succum cum lacte nutritis hausisti, totaque mente penitus conbibisti, itaque dum hydræ papisticæ renascentia subinde capita conaris amputare, quam ancipitem (horret animus meminisse) gravissimorum periculorum aleam subiisti.

Dumque es Romanæ mastix & malleus aula

Non dubitas vita prodigis esse tua.

DEUS itaque conjurations in sacrum tuum caput tam crebro initas; & technis plusquam Ægyptiis consutas detexit & patefecit. Exiurgat DOMINUS, & hostes Regis uniti sui spirituoris interficiat, iisque caput virga ferrea diminuat.

M m 3

Relig-

Religioni comitem adjunxisti Justitiam, virtutum reliquarum epitomen, cuius es rigidus satelles, gravis, severus, integer, jus animatum, lex loquens, justitiae oculus, clavum semper & æquilibrium rectum tenens, sed ~~æxpiædixæt~~ ~~et~~ ~~æxpiædixæt~~ justitiae rigorem clementiae rore temperare soles, ut anima corpori, pater liberis, ita subditis præsidet, talem te iis exhibens cuiusmodi Deum tibi deponcis, ad decretorum stylum raro & non nisi invitus accedis, quod boni est medici unguentum sèpius adhibes quam ferrum, insigni unius supplicio multitudinis vitia sèpe sanas, suppicia fulmina sunt paucorum periculo omnium metu cadunt, as ferrum durissima quæque comminuunt, ceram non attingunt, magnanimi quippe est Leonis.

Parcere subjectis & debellare superbos

Caduceum sèpius mittis quam hastam, pacis studia admiraris in quibus veræ virtutes laudis theatrum inveniunt. Vita tua nobis est censura & cynosura, ad hanc dirigimur, ad hanc sequaces ducimur, nec tam imperio moves quam exemplo doces, nihil de illicitis voluptatibus in sacrum pectus admittis, opero conclavis tui non ara *Vestalis* sanctior, non *Pontificis* cubile castius, non *Flaminis* pulvinar erat tam pudicum. Summum imperium summa eruditio ornasti quam monumenta edita & æternitati consecrata luculentissime restantur, summa eruditio raram & admirabilem adjunxisti eloquentiam, ne tam preciosæ supellectilis munera in pectoris sacrario supprimantur, nemo veterum Oratorum vel dicenda accuratius cogitavit, vel cogitata prudentius disposuit, vel disposita matuus expedivit: non hic *Carneadis* Academicus ubertatem, non *Diogenis* scitam venustatem, non *Critolai* peripatetici modestum stylum, non *Periclis* fulmina, non aurea *Aristotelis* flumina, non mellitam *Nestoris* facundiam desiderares. Denique si Principem fingere & formare velimus, nunquam animo talem concipiemos, in quo laudum concentus, virtutum chorus conspirat, propria commoda proprios affectus exuit, communes induit, tantumque ultra omnium seculorum principes eminet, quantum a privatis cæteri principes recesserunt. Utinam rerum natura patetur ut *Xenophon* in nostra tempora rediret, qui ad *Cyri* virtutes celebrandas votum potius quam Historiam commodavit, in Regre nostro videret quod in *Cyro* suo tantum optavit. Multi Principes Majestatem Regiam vulgari & prostitui existimant, nisi intra privatos parietes quasi secretum aliquod *Vestale* contineantur, & in umbra domestica jacentes solitudine & silentio mumiatur. At

Rex

Rex noster Seren. spectari gaudet, turpiter agenti tenebras honestæ vitæ lucem convenire arbitratur, itaque omnibus se spectandum exhibet, nec magis communem hunc diem atq; solem, quā Principem nostrum licet intueri; subditorum preces audit verba accipit, nec quisquam acerba stipatoris voce aut duro viatoris verbere submovetur, ut *Imperator* ille qui cum videret tenuiores (quæ maxima in populo est multitudo) ad se viam affectantes a satellitibus suis arceri, non sine stomacho dixit, *Sinite homines ad me accedere non enim ideo ad Imperium sum vocatus ut in arca includar*.

Sed heu nos miseros ut solet terra ventis & aquis subtermisis nutare & dehiscere: sic *Scozia* Regis sui benignissimi præsentia qua sustentata fuit jam diu orbata, contremuit & pene subsedit. At felicissimus in patriam reditus rimas sistit, soliditudinem pellit, mcerentes consolatur, jacentes erigit: Gaudent profecto divina perpetuo motu, & jugi agitatione se vegetat æternitas, indefessa vertigo cœlum agit, sol loco stare nescit, maria reciprocis æstibus sunt inquieta, divinus divina imitaris, ut salutare numen ades & assistis, & velocissimi sideris instar omnia perlustras, sic *Jupiter aethere summo despiciens mare velivolum terrasque jacentes, Litoraq; et latos populos*. & hæc septentrionalis orbis tui plaga rigida, frigida, aureo tui vultus jubare illustrata calefcere incipit & inclaret.

Ad civitatem *Andream* antiquitate si non primam, celebritate saltem nulli inter gentiles secundam ab *Invictissimis* tuis Majoribus fundatam a M. tua permultis privilegiis prærogativis & immunitatibus splendidissime exornatam feliciter es advectus: alias quidem urbes in transcursu & quasi per transennam, hanc autem consultò & data opera, licet in secessu sicut & studiis tantum florentem ignobilis Oti invisere non es dignatus. De illibata & constante civium erga sacram tuam M. fide & observantia, multis documentis cognita & explorata dicere non est necesse: de situs opportunitate & amoenitate, aëris salubritate & temperie, de fanis basiliis, sacris pyramidibus, de publicarum & privatarū ædium splendorē & magnificentia: de foro, ad quod tres latissimæ ducunt plateæ, lapide quadrato constratae, de portu vi tempestatis non ita pridem disjecto, operaque & industria optimi & vigilantissimi nostri *Consulis Iohannis Knoxi* brevissimo temporis curriculo instaurato, quia omnem dicendi facultatem superat dicere supersedeo, hæc certe civitas pascendis oculis & reficiendis animis data est & dicata, sed quod instat agamus. O dulce lucis hujus serenum certè ipsa coeli positura modulato concentu affici videtur, ut nec

meliore nota splendeat *Galaxias*, spirent Etesiae, pariant Alcedones non atas, non sexus, non valetudo retardat quo minus oculos grato hoc spectaculo pascamus & compleamus, parvuli noscunt, ostentant Juvenes, mirantur senes, ægri relictis Medicis ad sacrum tuum vultum, quasi ad salutem prorepunt, ipsa civitatis testa lætati, gestire, & prope sedibus suis convulsa obviam procedere videntur. Et vos *Andreane* civitatis proceres & primores fastos evolvite, Ephemeridas legite, comperietis nunquam tantum hospitem penatibus vestris successisse, supplications itaque decernite, trophya erigite, triumphum agite, diem hunc quo nunquam felicior vobis affulsit festum & geniale habete, sed vigilantes exfusco: currentibus calcar addo: oculos aspice, ingenui affectus, & humillimi obsequii indices certissimos & testes luculentissimos: sed quod erit amplissimum gratitudinis vestrae indicium nulla ratione vobismet ipsis satisfacere: sed Serenissimi Regis benignitati impares vos perpetuo fateri, nec Majestatis Regiae fortuna desiderat remunerandi vicem: nec veltra fuggerit restituendi facultatem: ejus benignitas ut majestate præcellit, ita mutuum non reposcit quod nostræ opis est gratias agimus: sed quod apud Deum fieri solet sentiendo copiosius quam loquendo quod capere potest Regis potentissimi fortuna & nostro modulo fieri munera. hujus immortalitatem officiis colamus sempiternis. Non te externe Deus votis distringimus, non pacem, concordiam, securitatem non opes non honores oramus, votorum nostrorum Epitome est salus Principis: *Seru in Cælum redeat*; diuque letus intersit populo Britanno, neve eum nostris vitiis iniquum ocior aura tollat: & quandocunque post pensum, post ordinarium ætatis dimensum cœlitum albo ascribatur, succedat divinæ originis Princeps, quem genuit quem finxit, sibique similem fecit. Et ego curialis Musarum vernula a Sacra Majestate veniam peto quod hæc teretismata in medium produxerim: malui etenim audacis & temerarii animi loquendo, potius quam ingrati & pusilli tacendo, crimen subire.

HENRICUS DANSKINUS,

Civitatis Andreanae orator & Juventutis ibidem moderator.



The preceeding speach being deliuered his M. made forward to the great Church of the Cittie, and at the entrie of the Porche this speach subsequent was deliuercd in name of the Universitie, by Doctor Bruce Rector thereof.

SI CUIUSQUAM PRINCIPIS VEL Monarchæ ad ullam vel Urbem, vel Academiam adventus civibus suis usquam terrarum graus, jucundusque exstitit; tuus certè Rex AUGUSTISSIME, & INVICTISSIME, ad hanc tam Academiam nobis longè jucundissimus esse debet: qui tauitissimus Serenissimæ Majestatis tuae auspiciis in hisce Musarum castris meremus; atque hunc diem quo nos tanta Majestas invisere dignata est, nobis instar immortalitatis esse debere, & in fastos nostros referendum lubentes agnoscimus, quem tanquam alterum natalem in omnem posteritatem festum ac sacrum habeamus; quemque studiis, negotiisque omnibus posthabitis in omnimodam latitudinem effulsi eximias tuas virtutes, tes gestas, felicitatem, in hanc Academiam, omnesque literatos beneficentiam deprehendendo, sacro, & solenni ritu celebremus. Ac etiamnunc, si quantum gaudium, ac voluptatem ex adventu tuo intus mente concepimus, tantum vel fando exprimere, vel magnifice Majestatem tuam accipiendo offerre possemus, magis eslet verendum ne orationis flumine te obrueremus, quam ne splendore, & magnifico apparatu ullis mortalibus cederemus, qui Reges & optimos & optimè de se meritos in maximis opibus, maximaque rerum omnium copia, & affluentia, unquam exceperunt: Quod si unicum hoc beneficium, quod nos tenues homunciones in Scholarum umbra, & situ jam diu marcescentes splendissimis Serenissimæ Majestatis tuae radiis propriis illustrare, ac recreare volueris, tanti apud nos ponderis est ut de pari gratia habenda nedum referenda, vel cogitare summa non tantum ingratitudinis, sed & amentia recordie que prope conclamata esse non dubitemus, quomodo ad innumerabilia tua alia nos affectos esse putandum est; quæ licet in speciem multò leviora videantur, usq; tamen multò fructuosiora com perium

170 THE MUSES WELCOME.

peruntur? quæ tot tantaque sunt, ut si ea non copiosè ornare, sed quām parcissimè enumerare conarer, citius me dies, quām oratio deficeret; mihiq[ue] effet verendum, ne mæ orationis tedium Majestati tuæ benificantæ penitentiam afferret; præsertim cùm me non fugiat, tantam esse tuam benificantiam, ut longè majorē capias voluptatem novis beneficiis conferendis, quām veteribus tuis audiendis, levioraque si commemoarentur, plus ruboris quātū oblectationis afferre tibi solere. Quod si ista non satis amplam dicendi materiam mihi sufficent, quām spacio summa cum prudentiâ & fortitudine gestæ suppeditarent? nam, ut reliquas omittarem, quas in hoc proximo ordinum tuorum conventu gesisti, orationem meam, si illi habenas laxarem, in infinitum prope cogerent evagari, in qua mihi effet dicendum, quo studio, quaque animi, vocique contentione causam Reipublicæ, & Ecclesiæ egeris adversus homines, qui quod suæ cupiditatim nimium indulgerent, de neutra satis recte senserunt; quibus omnibus, non Majestatis terrore, sed rationis armis, debellatis tandem effecisti, ut neque Ecclesiæ Pastores, neque Pastoribus honesta vivendi ratio imposterum sit defutura: totamque Reipublicam ita bonis legibus stabilivisti, tenuiorumque securitati adversus potentiorum impotenter dominationem ita prospexisti, ut omnes regiae tuæ curæ à Deo Opt. Max. demandati vitam in pietate, pace, honestate, (nisi quis sibi deesse velit) imposterum suavissimè transfigere possent. Possem infinita prope alia commemorare, quibus tu orbi Christiano pacem conciliasti, Antichristo odium conflasti, ad Babylonis exitium viam aperuisti, iis omnibus magno & excelsa animo contemptis, quæ in sacrosanctum tuum nomen convicta contorquent homines nefarii, & publicæ generis humanae pestes: qui sub specioso nomine, & falso pietatis principium omnium, tuum vero imprimis, REX Serenissime, exitium misiluntur; tuum itaque, quæ nefandis probris incessunt, in quem sicarios armant, veneficos subornant, incendiarios submittunt, quorum tu consilia omnia & machinationes, ex arce divini præsidii, in quā te recipisti, cœu vanos canum latratus dirisui, & contemptui habes. Hæc quanquam a nobis aliena nonnullis videri possunt; nos tamen, & propter eā quæ est nobis & cum Majestate tua, & cum omnibus Christianis conjunctio, tam prope attingunt; ut nos non minus afficiant, quām quæ privatum in nos beneficia conferuntur. Sed ea tot, & tanta cùm sint, tamque late pateant, nulla gens tam remota sit; ac barbara

TO THE KING'S MAJESTIE. 171

bara, ad cujus aures non pervenerint; nulla exoritura posteritas sit tam impia & ingrata, quæ de iis conticescet, nullius dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia sit, ut ea voce, aut stylo possit exæquare, mæ certe tenuitatis, & infantiae oblitus videri possem, illa si mea oratione vellem complecti: quin si vel de tuis in hanc Academiam meritis dicere instituam, infamem ineptiæ notam non effugerem. Sed bene habet, quod in hoc loco, & corona de hisce non incumbat mihi dicendi necessitas, quandoquidem illa nostris oculis modò obversentur & aures circumsonent; an Bibliotheca illa tuis unius auspiciis fundata, & ad fatigium jampridem prope perducta, sed nostro partim torpore, partim necessitate interrupta, a nobis conspici potest? an tituli honorifici quibus appellamur, quos tu ab oblivione & interitu revocasti audiri queant? nisi simul audiamus eos alta voce clamantes Regem JACOBUM esse literatum, & literatorum, non fautorum modò & patronum, sed Deum etiam, atque parentem? Quamobrem, REX Invictissime, ne te ex itinere fessum, & ad sacra festinante diutius morer, ut tu hanc Academiam ab optimis tuis majoribus primò fundatam, Filiamque honoris ergo appellatam, a te ipso ornatam, & auctam in intimo sinu Regii tui favoris, & benevolentia complexus es, & hodierno die clarissimum tui in illum amoris documentum exhibes; ita vicissim illa, quanquam antea in intimo recessu sui pectoris Majestatem tuam complexa est, tamen hodie longè intiore recipit, ac hospitatur: & quicquid ingenio, studio, operâ potest, id omne tibi ut REGI suo clementissimo, Patri indulgentissimo, Benefactori munificentissimo & in præsens humillimè defert, & in futurum sanctissimè pollicetur; DEUMQ; Opt. Max. comprecatur, tuam ut Majestatem quām diutissimè sibi & toti orbi Christiano salvam esse velit, utque tu ipse cum sene illo Pylio de longevitate possis contendere, sacratissima veò tua Progenies & scilium, eundem, quem Sol, & Luna dierum numerum fortius.

His M. having had this speech, this subsequent book of Poëms was presented.

N n



172 THE MUSES WELCOME,



ANTIQUISSIMAE CELEBERRIMÆQUE ACA-

demiae Andreanæ

Symbolum Poëticum.

In adventum augustissimi serenissimique
JACOBI

MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIAE, & HIBERNIAE

Monarchæ, Fidei Defensoris, &c.

AD REGEM NVNCUPATORIVM.

Dant tibi, REX, alii gemmifig, eurog, superba
Munera, qua tellus oceanusque ferunt:
Dant alii fidoj, canes, rapidosque veredos,
Delicis propriæ munera nata tuis.
Donat quisque tibi, vel qua gratissima credit,
Vel qua sunt rebus commodiora suis:
At tibi cognato qua juncta est sanguine cultrix
Musarum PRIMO de genitore sat a
Nec te, nec tantis dignum mortalibus ullum
Sinceri testem munus amoris habet:
Sed dare nil non fas: ergo de paupere censu
Rex bone, que donat, carmina pauca cape:
Que si tu placido non deditabere vultu,
Cræso erit ipsa sibi dition atque Mida.



TO THE KING'S MAJESTIE. 173

ACADEMIÆ ANDREANÆ DE NATALIBUS SULIS GLORIATI.



ST Jovis è cerebro Pallas, de fimo Bacchus:

Ast ego de PRIMI pectore nata cluo.

Quando eras in terris hominum ter maximus ille.

(Inter celicolas nunc Jove major agit.)

Me non erubuit Nata, me sustulit ulnis;

Seque oblectavit garrulitate mea:

Sape mihi dixit, debes mihi, Nata, nepotes;

Sape etiam, per te, Nata, perennis ero.

Ergo habeant di vosque ali, divasque parentes,

Quandoquidem mens es, PRIME JACOBÆ, parens.

P. B.

Audebant Thamesis, Sabrina, & Dunus, & Humber,
Dum sacro vultu contigit usque frui.
Fortha at, SCOTIGENAS inter celeberrimus annes,
Et TAUS, uberibus ora rigantur aquis,
Jam Dominum cernunt reducem, latique salutant,

Qui laqueata rudi pumice testa colunt.
At fluvii Thamesis, Sabrina, Dunus, & Humber
Angligenæ, versâ fluentque gemuntque vicis.
Nam quocunque gradum confers, REX optime, cuncta

Lata facis: sed te mox abeunte dolent.
Alter enim terra tu Sol & Luna Britanniæ,

Alternans raditis tempus utrumque tuis.

Te veniente venit lux alma, astisque benignas

Lux alma atque est as te fugiente fugit.

Tueda inter Boream cum sit porrectis & Austrum,

Cur aequos SCOTTIS non facit illæ dies?

Jam bis septem annos Angli te Sole fruuntur,

Scotia vix totidem te videt hebdomadas.

N. n. 3 Sed rur

Sed mora gestarum pensatur pondere rerum,
Cur ergo invidet Scotia Saxonidis?
Gnata tua imprimis languens Academia, longam
Post noctem, latum sentit adesse diem.
Jacobus Blarius: S.S.T.D.

 Regone Rex JACOBUS adest! humilesq; penates
Musarum ingreditur, quem totus vix capit or
Ergone eum spectare licet, cor amq; tueri! bis
Ipse suo regno, qui regum est celior unus?
Ergone fas notas audire, & reddere voces?
Auribus ac illi arrestis astare loquenti?
Qui postquam terris datus est, sapientia vera
Cæpit privatum fæse decia esse negare.
Ergone delitiis nostris capiecur? ille?
Quem capere hanc potuit vis auri insana, Arabumq;
Divitie, sceptra & sceptris supperaddita avitis?
Definite stolidem vestram de forte Camæna
Scotigena, querulas ad sidera tollere voces:
Sat sit, sat vobis illo quod Apolline pridem
Jamque frui licitum, cuius vidisse coruscos
Bis radios, maver Cantabrigia alma triumphat,
Oxonium vidisse semel letatur ovatque.

JACOBUS WEDDERBURNUS S.S.T.B.
AD MAGNUM MAGNAE BRITANNIAE REGEM
Priscorum Scotorum montana SCOTIA colentium
humillima supplicatio.

 Dventus, Rex magne, tui nos fama nivis.
Montibus hac alacres, nemorumq; excivit ab umbris:
Non equitum turmas geminis auro vententes,
Lumina non aula, comptos, nitidosq; ministros,
Quaque animos fallunt, fugiti vâ luce misellos,
Nos spectare juvat, levium miracula rerum;
Te Patriæ Patrem petimus, te poscimus, tonum
Te facilem cunctis, nobis in vota benignum.
Speramus, sacrificare tuis ad volvimus artis.
Ergo tui populi, Rex clementissime Regum,
Dexter ades precibus, miserisque accurre querelis.
Jam decies senos complevit signifer annos,
Pura Caledoniis ex quo Lux illa Salutis

Affulgit, letumque diem Solemque reduxit
Errorum tenebris, & cœcâ nocte sepultis.
Illa ubi diffundit, vix pacis lumina veri,
Instruit officis animas, Regisque, Deique
Fingit ad obsequium, patesfacto, tramite recti
Moribus informat, tetra rubigine septas.
Defacat mentes, redditque ad honesta sequaces.

At fera Barbarie infasto sidere natos
Nos premit interea miseros, vicinaque Gosan
Vndique dum lucet, nos densa condimur umbrâ
Niliaca noctis, caci per saxa per undas.
Quâ vagus error agit ferimur, rapimurque, nec collus
Qui moveat, doceat, retrahat ve ē limine lethi,
Sancta salutifera pandens compendia vita.

Ora hominum gerimus rectosque in sidera vultus;
Catera sed bruti vastis in montibus orti,
Connatique feris, pecunis moribus alti,
Numinis expertes sacri, ne nomine CHRISTVM
Novimis, aut sacris collis assuecumis artis:
Faunorum, Satyrumque fero fera numina ritu
Prosequimur, caci, dirisque illudimur umbris.
His prendit laqueis, his detinet ille malignus
Spiritus implicitos, ad quævis crimina pronos
Præcipitans, falsas foedant perjuria linguas:
Polluit & dextras cognato sanguine cades:
Parta lacriniis, furtis, variisque rapinis;
Victum suppeditant, impuro corpora nexus
Miscentur, rupto genitalis foedere lecti:
Sic regno indecoris, manifesti numinis hostes,
Civibus infesti, turbisque infamia gentis
Christigena, miseri miserabile ducimus ævum.

Hisce malis poterit res, O Rex, vna mederi
Religio veneranda, feras mitescere sensim
Quæ doceat, mentes purisque assuecerè sacrîs:
Hac nostris medicina malis: hanc montibus infer.
Auspiciisque tuis, Regum Rex optime, tandem
Inveniat stabilem divini fideleris arcâ
Monticolas inter mansuram in secula sedem;
Ut qua Barbarico gens solverat ora Solæco,
Verba debinc discat, Cananæ reddere lingua:
Rauconosque modos deformis tibia ponat.

Davidice cedens modulanti carmina Musa:
 Quique prius diri Studiis assueta Gradini
 Pectora gestabant, tranquille munia pacis
 Dein colere incipiunt alme pietatis alumni.
 Hinc tibi surget bonos, hinc sceptri gloria major,
 Marte ferox fuso quam si penetrares ad Indos:
 His Studiis David, Iosias, lumina Regum,
 Transmisere suas aeterna in secula laudes:
 Hoc tibi restat opus sceptri molimine dignum,
 Ut quacunque tui repido patet orbis ab austro
 Imperium gelida vergens ad littora Thules
 Auspice te paesim venerabile nomen IESV
 Personet, ac patrem dominum rerumque parentem
 Gens subjecta tibi concinat ore.
 Sic tu, qui felix triplici diademate fulges,
 Post fata accipies super aurea sidera Quartum.

Guliel: Areskinus Dunonis Paffor,

REGIS EFKOMION.

 Xhibuit Cæsar varii spectacula ludi,
 Gymnica, Naumachias, retia, bella, feras:
 Cæsar his laudes: totiesq; Theatra, secundo
 Applausu, hunc patrie personuere patrem.
 Quantula laus sensus avido mulcere popello?
 Ludorumque animos frangere deliciis?
 Gloria te major stimulat (Rex magne) Theatri.
 Quam fremitu cives demeruisse tuos;
 Dum populoq; patrie modo te ratus esse creatum,
 In populiq; patria commoda totus abis.
 Legibus illustrans sanctis foras publica paesim
 Justitia ut terras incolat equa tuas;
 Et divina jubens sincere oracula pandi;
 Ut Pietas regni floreat alma tuis;
 Talibus exornas regni data sceptra: det ipse
 Judicium Cæsar, gloria major utri?
 Justitiaq; Pietas Regni duo fulera, Theatri
 Exsuperant quantum ludicra marmoreis,
 Cæsar is excedit tantum tua gloria, Magnus
 Tantum etiam Cæsar cesserit ipse tibi!

JACOBUS GLEGGIUS Philos. Prof.

DE BIBLIOTHECA A SERENISMO.

REGE JACOBO ANDREAPOLI
 ercta, variisque selectissimorum au-
 thorum monumentis Locuplevata.

AD REGEM.

 obilitata fuit quondam Pharos insula, vasto
 Circumscripta mari (primum sed pontus & aestus
 Muta vere fitum) Saxis fundata, caravas
 Turris ubi celas aquabat culmine nubes.
 Fulgeban illuc rutilantis sideris instar
 Lumina, nocti nagiis procul afficienda carinis:
 Sed non hic dubius nautarum cursibus ignis
 Gravior in favo direxit hinc a ponto,
 Quam quæ confixa Ptolemei fulsit in arce
 Bibliotheca, chori Pharos & cura unica docti,
 Vnde per immensum dispersa volumina mundum
 Praeclaram ingenis lucem exeruere benignis.
 Nunc Pharos absorpta est, sunt diruta culmina turris
 Nullaque Musai remanent vestigia tanti.
 Sed pia cura pii REGIS disjecta cogit
 Saxa Phari, atque novum Musis sacravit honorem,
 Erexitque lares sacros angustaque testa,
 Invideat Phari queis Bibliotheca tyranni,
 Instruxitque libris, quos mirarentur Athene,
 Romaque Gothorum nondum pede pressa superbo:
 Ergo Pharo Pharos assurgat Memphitica Scote,
 Et cedant sceptris Ægyptia sceptra Britannis.

Andreas Brusius Philos. Prof.

EXCEPTEO CENSUS LXXX.

AD JACOBUM REGEM,
 Temporis serie Sextum, virtute Primum.

 Vi rerum observant seriem, ter Maxime Princeps,
 Hujus te Sextum nominis esse ferunt.
 Sed si virtutum ratio sit habenda tuarum,
 Non Sextus, Primus nominis huius erit.
 Primus qui fido junxit Saxona SCOTIA.
 Et potes indomitis jungere gryphes equis?

Nec

178 THE MUSES WELCOME,

Nec mirum; tibi facundi Demosthenis est os,
Insidet & labiis Suada benigna tuis.
Sponte tua virtus es liber ab omnibus, aequum
Sponte tua Primus jusque piumque colis.
Qui tria regna dedit mores regnis dedit aptos,
Nec fieri melior qualibet arte potes.
Accensa haud augent splendentem lumina Solem,
Atque ignis major non fit ab arte calor.
Relligione nites, virtutes qua creat omnes,
Agnoscisque tui dona benigna Dei.
Te speculum iuvat hoc, hac te delectat imago,
Pallas ut in speculo dum videt ora suo.
In summa virtus non tempore clarior collo,
Humanis sese mentibus exhibuit.

ANDREAS SYLVIUS, Phil. Prof.



Exceptio.

DRISTINA jam facies rebus, sua redditia terris
Forma, suis sylvis rediit decor: arvag, fru-
Vbere luxurians Paestanis emula glebis: (gū
Exultant chorus nymphæ: jam numine fata
Tempa novum peana canunt, & thura vaporant:
Oppidaque indigenam sumunt rediiva nitorem:
Et qua victa situ fædo & mero jacebat:
Sole suo rviduata diu nunc SCOTIA gestit,
Donec Hyperboreis Saturnia secla Britannis,
Orbis ab adverso diffundens aureus axe
Dispulit in vectis tenebras noctemque quadrigis,
Lncis inoffensa radiis. Licet ora marinis
Fluctibus immersens se nunquam proluit arctos
Praradiat reliquis ascito lumine stellis.
Te stupet intacto divina lucis honore
Longe conspicuum, festos fremituque secundo
Excipit ingeminans plausus circumflua turba,
Dum curru aurato veberis præsignis, & ostro,
Tempora palladie vittis evinctus olive
Enthea Cumæa queis Lauri imixa corolla.
Pax, invicta, tuum latus obtegit aurea levum,
Spicea ferta gerens, & dextrum fronte verenda

Rellig

TO THE KING'S MAJESTIE. 179

Relligio summi referans arcana Tonantis,
Vincta præit capriva suo Bellona flagello,
Lumine sacrati cultus, pater optime Musas
Afspice languenteis; illis infunde vigorem:
Atque suo Phœbus ridens affulgeat orbi.
Sic clarus tibi surget bonus: sic propétis ale-
Gloria remigio te lucida toller in astra:
Famaq, venturis seclis aquava, vigebit.

Gulielmus Martinus Philos. Prof.

JN REGIS ADVENTVM T& xp̄istos xp̄ipio.

Aime Pater patriæ, decus orbis, maxime Regum
Rex Fergus adum, proavorum gloria, sera
Posteritatis bonos, rediviva repullulat unde
Aurea vernantis mundi juvenilior etas,
Vnde Caledonia revirescit gloria sylva,
Antiquumque redit decus, O pulcherrima radix,
Exere pampineas (nullo prohibente) corollas
Purpureis tumidas urbis, gravibusque racemis,
Per quascunque alto Sol cernit ab æthere terras:
Surculus ut vester, tenerè qui germinat, olim,
Expandat ramos toto super orbe patentes,
Pertæisque jugum grave gentibus, ille tyrannum
Delicis umbras, alimento præbeat uras.

At tibi, magne Pater patriæ, que tanta tenellis
Pectora succendit tua flamma coæva medullis,
Delicis loca parta tuis, ubi aquatica baccis
Purpureis lotus cauto imposuissest Vlysses?
Linquere Thessalicis potiora Britannica Tempe,
Saxonidum placidi per amœna rosaria campi,
Gramineos saltus, chrystillina flumina, vivis
Fructiferas valles interlabentia lymphis,
Fridis & variis imitantia prata colores
Albionisque latiss Solis splendore coruscum
Commutare cimbrâ patriæ languentis opacâ?
Non huc te, Rex magne, egit levis aura cerebri
Concita palponis pellaci folle bilinguis,
Nausea Saxonidum nulla, inconstancia nulla

Oo

Impu-

180 THE MUSES WELCOME.

Impulit ad patrios tandem remeare penates,
Consilii sed amica gravis decreta, sereni
Sepius accenso cerebri fornace recocet;
Purior unde auro fluxit sententia puro;
Memnonius avidè quod portat Iberus ab Indis.

Allexit natale solum dulcedine pectus,
Duce tuum mira; sed quis miretur amorem,
Cui Scytha crudelis, Lybicus cui Maurus, & omnis
Mortalis liquidas haurit qui luminis auris
Devovet audaces vita discrimine dextras.
Innatus tantum mortalia pectora chara
Cogit amor patriae ratione potentior omni!

Squameus ut nitidis secat ardua flumina pinnis
Salmo, petens prima nativa cubilia vita;
Fila sibi prætenta nihil nodosa moratus
Dum secum tremulis ludens lasciviat vondis.

Sic Salomo natale solum tot longa viarum
Tedia, tot densos imbres sudoris, & aestus,
Crebraque principibus prætentis pericula sanctis
Exuperans ruis sic prima incunabula vita.

Huc innatus amor natale revisere regnum
Pellexit, quantum potuit: sed causa laborum
Major adhuc superest, & principe dignior auctor;
Nam patrie tibi cura tua te charior ipso,
Debita canenti negat otia grata senecta,
Albionis poscant seu civica vulnera lase,
Seu sacris multum sudaveris in repetundis,
Hisce malis tua sola potest Panacea mederi.

Denique si qua tuam capiant evanida mortales
Gaudia, habet cunctis quibus aut se conferat oris,
Preferat aut multis tua Scotia: gens ea sola est,
Quæ bts dena suos numerans per secula fastos,
Externi non colla trucis juga passa tyranni,
Eminet invicto diademate: Danicus ardor.
Saxone devicto, spoliis & Marte superbis,
Offa sue linquens post se hic monumenta ruina
(Offa Offam paritura novam modò lecta coquet)
Substitut, in tenues & tandem evanuit auris.

Danica quid memorem? nonne hic tua bellica virtus
Precipites, O Roma, gradus cohære coacta est?

Et

TO THE KING'S MAJESTIE.

181

Et contenta tui firmis confinia regni
Mænibus (infustum tibi) circumcineta tueri?
Hec tibi de pleno dserat gens sola triumpho:
Sola jugum non passa tuum te sub juga trudet,
Roma, securigerum proles Mavortia Scotum.

Marmoreos montes, nitidis splendentem gemmis
Elmina, frugiferas placide lambentia valles,
Et juga tot flavi auri radiantia venis,
Quæque metalliferis sunt annula saxa salebris,
Et vitreas variis fluentes piscibus vndas,
Umbriferosque silens salcis, stabula alta ferarum,
Præterea, & quæcunque beant communia gentes
Commoda, conjinxit propriis hac SCOTIA donis.

Non est nubigeras cur jactet turrida Memphis
Pyramidas, stolido miracula facta populo:
Hic natura dedit terra, & majora potenteris
Virtutis specula, & miracula vera, supremi
Summum opus Artificis, tremulas stillantia guttas
Seu saxa aspicias, guttas modo laxa futuras,
Quæ miranda parit celebris spelunca Ratrami;
Sive lacum mirere, cui sue cœrbere pinne
Squamea lascivis colludens mira choratis
Turba, reluctatur canentibus & sine vento
Fluctibus, & vitreas remenantia tecta per vndas
Insequitur, viaga nam meditis natat insula stagnis.

Quid di versa sequar? pleno de gurgite guttam
Exhaustisse sat est: magis, unde superbias alma
Patria habet: Muhi reliquo, toto orbe fugatis,
Hospitium quod sola sacra miserata ruinam
Præbuit, & lucem tenebroso reddidit orbi;
Vnde parem doctis jasset se Scotia Athenis:

Præterea terra hec Mavortia pectora nutrit
Palladii instructa animis, tua Marte vel arte
Ut iussa efficiant, vita nil filia morantes
Pendula, magnanimos bellorum robora Scotos.
Sed nil jam nostro nisi lux tua fulget olympo;
Duratura brevi vienor, crassisque tenbris
Involvenda iterum, pluvios cum noster in austros
Phœbus eas: vitiam, quo nunc comitante recedit,
Accedas patrios reduci cum Sole penates:

O 3 Sed

Sed quis jura feret superis? I quo placet ergo
Dulce decus patriæ, lachrymis gemituque sequentes
Crebra Panomphao fundemus vota Tonanti.

Joannes Cornallus.

CORIDONIS QVERELA,

super diuturna Daphnidis absentia.

Dampus erat vitreo cum primum pascua rore
Sparguntur, volucrumque strepunt virgulta querelis;
Cum Coridon prope nosq; gregem produxerat antra,
Ipse sedens curvi solus sub fornice faxi,
Quâ venis scatet, & trepidantibus eruta rivis
Garrula per tritos immurmurat unda lapilos;
Texebat viles lento de vimine qualos:
Dumque sedet, solitum cantu minuente laborem,
Talia dulcisonâ modulatur carmina voce:
DAPHNI decus campi, pastorum gloria **DAPHNI**,
Quando erit tot vestri Coridonis rura revisas?
Quando erit tot mecum per florida prata, feraxque
Rus celeres veneris apros? quando in via Tempe
Et cursu excitos celeri lustrabimus amnes?
Sed juvat ire: quis ò, quâ Grampius ardua cælo
Culmina confundit, me sibet? quis mihi nigrum
Ostender nemus, atque exerceita flumina cursu?
Sed Coridon quo tendis? abest tua gloria **DAPHNIS**,
Duxque comesque tuus: squalent ecce omnia; sylva
Demiserem comas ramis; non ulla loquuntur
Discordi strepitu virgulta, atque ipsa volucris
Tristè sileat; nuda plangunt sua brachia quercus.
Non velut ante vagi residet prope fluminius vndam
Tityrus, atque gregem constructis mulcet avenis,
Cujus **DAPHNIS** abest: ipsa hec te flumina, **DAPHNI**,
Ipsi te fontes, atque ipsa arbusta reclamant.
DAPHNI decus campi, pastorum gloria **DAPHNI**,
Si qua tui supereſt Coridonis cura, redito.
Quid juvat ad Tamis in alienis degere in ortis;
Et patrium Fortham & felicia spernere rura?
Rura tuis Patribus quondam (eben) culta, tibique?
Ab memini (quamquam est magnus meminisse bonorum

Quæ periere dolor) memini cum per juga montis
Aerii, lepores mecum sequerere, ferasque,
Te patrios saltus, atque hac te flumina, **DAPHNI**,
Hesperidum cultæ, atque Arabum præponere terræ.

Quò patriæ nunc ceſit amor? nunc patria fōdet

Ipsa tibi, & patria fōdent pia numina Nympha:

Aſpice qui luctus teneant Faunosque, Napæasque,

Aſpice, non Faunus pinu præcinctus acutâ

Tempora, non montis prærupto in culmine, ut olim,

Exercent choreas Nympha, non villa voluptas.

Rura tenet, desunt ecce ipsi grama terra,

Arboribus frondes, nitidisque en fontibus humor.

Pro molli violâ & ferrugineis hyacinthis,

Exurgunt spineaque & dente vrtica maligno,

Proque rosâ tribuli fœcundaque grama lappa:

DAPHNI redi: lesa tunc revirescere sylvas

Cernes: **DAPHNI** redi, tunc leto gramine tellus,

Et totum effusis ornabit floribus annum.

DAPHNI decus campi, pastorum gloria **DAPHNI**,

Si qua tui supereſt Coridonis cura, redito.

O vixnam hac Zephyrus furdas ad **DAPHNIDIS** aures

Deferat, & tristes edifferat ordine questus;

Et referat miseri que sit Coridonis imago,

Atque addat lachrymas & luctiferos singultus:

Tunc tibi amor patriæ vel lenis pectora, **DAPHNI**,

Moderet, cuperetque tuum Coridona videre. (humbræ

Sed frustra ingemino; hac ferus omnia **DAPHNIS** in

Transtulit, oblitus Forthæ Glottamque perosus,

Mille inter casus, & mille pericula vivit:

DAPHNI decus campi, pastorum gloria **DAPHNI**,

Si qua tui supereſt Coridonis cura, redito.

O quoties timui, dum celsâ ex arbore cornix

Rauca voce tonat, dum dirus carmina bubo

Ingeminat, ne te, ne te, dulcissime rerum,

Infaustum peteret satiis dictantibus omen:

Et cum vespertinus obambulat corsus ovile,

Et lupus insidias pecori meditatur, eodem


Posse modo fieri metuo, ut tibi retia tendas,

Qui tibi tam latos campos, qui ferta, pedumque

Invidet: ò veros nimium justosque timores!

Denique nulla vacat vita mihi portio curâ,
Sive latet Phœbus, seu clarâ lampade terrâ
Illustrat, seseque ostendit. Et omnia secum.
Denique quicquid ago, semper te mente revolvo;
Seu potum pastas soleo deducere capras,
Seu revocare greges pendentes rupibus altis,
Sive arguta novum resonet mihi carmen arundo,
Seu feror in sylvas, et saxa sonantia lustro,
Auritosque sequor lepores; mihi nulla recedit,
Nulla dies sine te, nullumque opus. O mea, DAPHNI,
Gloria, si qua mei superest tibi cura, redito!
Sunt mihi capreoli bini, queis candida nigra.
Vellera depingunt macula, quas bellula Daphne
Daphne, sola meos que datque facitque furores;
Ipse mihi dedit, et gemino cum munere luna
Oscula, nunc i'bos tibi Gloria nostra reservo.
Est mihi Pica loquax, est et mihi dulcis Alauda,
Ad numeros cantare perita, et plangere dulci
Carmina mille sono, blandissima minera; suntque
Omnia qui superant tot dulces minera versus,
Quot nunquam medio venient ex aurore fluctus.
Hic tibi vel Mopsus, fuscus ve legetur Amyntas:
Thestylis hic, et flava Lycorias, et mea Daphne,
Et Jani furor, et dura constans Roffa,
Pastorumque leges certamina, letaque amantum
Prælia Nympharum, mollesque sub arbore somnos,
Omnia que in viridi tibi cortice scripta reservo.
DAPHNI decus campi, pastorum gloria DAPHNI,
Si qua tui superest Coridonis cura, redito.
Sic postquam Coridon in longum ducere questus
Desit, oppresit viator pia lumina somnus.

Godefridus Vanderhagen
Middelburgo-zelandus.



DAPHNIS REDIENS.

Lycidas, Mœris, Alexis.

Ronde sub ilicea fessus recubârat Alexis,
Quum cali medio Sol ferventissimus ardet;
Inde pedum et circum calathus, pastoria signa,
Inde jacent calami; quos dum conjungere tentabat
Incæptum blandâ fallebat vox laborem.
Viderat hunc baculo nixus, quem forte tenebat.
Pastor ovum Lycidas, cui vix dum prima decorat
Vestibat lanugo genas: non doctior illo
Pastorum calamos inflare, aut dicere versus.
Forte etiam insanos illo jam tempore amores
Phyllidis, et fastus Hyales referebat iniquos.
Ast ubi dilectum vidit sub tegmine Alexis
Arboris, incertâ percusus imagine rerum
Obstupuit primum; dein totâ mente receperus,
Nec potis arcano concludere gaudia tanquam
Pectoris, his puerum compellat Mœrida verbis.

Lyc. Mœri quid huc dulci modularis arundine carmen?
Securus quid letitie jam Pana, levusque
Cum Faunis Satyros teneat, Dryadesque puellas,
Securus nimium nobis quod charus Alexis
Arboris hec grata nuper successerit cymbro.
Mœ. Non equidem audieram, nec credere talia possem,
O Lycida, Thawis' ripas et flumina Alexis
DAPHNIDIS eterno multum correptus amore,
Non hac arpa colit: quid enim speraret Alexis
Montibus his rediens: DAPHNIN sua gaudia DAPHNIN
Non ita deseruit posito malegratus amore.

Ly. Atqui non oculos vero deludit imago;
Ecce ipsum: video calamos, queis s'è solebat
Condere, dum canat formoso DAPHNIDI soles.
Ecquis nam O superum nobis te reddidit? O quam
Felix ille fuit! quod si quis forte deorum,

Illus.

Illiis hoc meritos celebrabit fistula honores.
Ecquis Alexi deum nostris te huic appulit oris?
Fare aee, jam & cupidas satia sermonibus aures.
AL. Quin praeceps hec pueri frigus captate benignum.
Et mecum gelidâ paulum requiescite in ombrâ:
Vmbrâ Pan pecoris custos, & gaudet Apollo,
Vmbrâ favet Dryadum choreis tenerisque Napeis,
Et Satyris, Bacchisque, & monticolis Sylvanis,
Et tibi grata ombrâ est multa quim fessa Diana
Membra super lati deponit gramine campi
Subter arundineasq; comas gravidumque papaver.
DAPHNI decus oatum pastorum gloria DAPHNI,
Qui patriæ dudum nimio succensus amore,
Negligis incanaque nives, gelidaque pruinas,
Atque Caledonius erras novus hoffes in oris,
Ab quam sèpè alto gemitus de pectore duxit,
Sepius & magnum miseratus DAPHNIDIS ignem,
DAPHNI quid insantis, dixi, quo tendis? an ire
Perque juvap medias hyemes, frigus que nivale,
Ut tibi sic teneras glacies fecerit aspera plantas?
Nota tibi juga sunt ipsas ferientia nubes;
Grampius, & celsi subeunt qua sidera Ochelli;
Nec tibi jam antiquæ fuerant qua in pectore, vires
Ab superam, quim tu sylvas indulgine multâ
Cingere, quim validos catulos terrere luporum
Comminus auderes; properat jam pigra senectus,
(Of allar stetque aeterna tibi lege juvenâ)
Quos & abesse velim signantur tempora canis.
Parce precor; per Paræ tibi, Phœbiumque, Palemq;
Parce precor; miserere tui; nec sperne rogantem:
Mille tibi Thamis ripas prope fluminis, agnos
Servat mille tibi, Bauneia gramina tondent
Quæ nunquam vacue redeunt ad multæ capello.
Quid Cætrohis aquas Forthamq; Taumque requiras?
Talia nec quicquam DAPHNIS. Venatibus apia
Nam nemora inquiris, saltusque & lustra ferarum;
Me vero comitem DAPHNIS sibi sumpsit, & Umbri
Discedens ab aquis pastori talia mandat,
Tityre, dum redeo, brevis est via, pæce capellus.
Ly. Ergo noster amor DAPHNIS sua rura revisit.

O for-

O fortunatos colles, felicia rura,
DAPHNIDIA que excipient patricie ita dulcis imago
Arde oculos, versans mentem succedit amore?
Felices pulchrum visuras DAPHNIDIA sylvas,
Felices sylvas, & que pellucida in imo
Glarea subdit, & que super asperit corda,
Si semel vishereo vos DAPHNIS videris ore!
Felicem Coridonam nimis! jam parce querelis,
Parce tuis, Coridon, lachrymis: sparsaque cicutas
Collige; nam rediens fugac omnia tristia DAPHNIS.
AL. Interrea, vobis si blandum arrigit Apollo,
Aut Pan monstra vit calamos instare canoros,
Si quæ vel e' Nymphis docuit cantare beats,
Carmina pauca precor (fugilum namque oria Musæ)
DAPHNIDICANTEMUS: tangunt quoq; carmina DAPHNIS.
Victori precium Taurus, quem munere nobis
Ipse dedit, dixitque, tua hac sita premia musæ.
Incipe Mœci prior, Lycida tu deinde sequare.
Mœci. Accipere bac Musæ diuimus certissima prôles,
Tuque pater sacrâ præcinctus tempora lauro
Vos Dryades, Satyri, Fauni, & tu maxime DAPHNI;
Quondam evenim in nostris numen præsentiis agri?
Ly. Carmina Piérides bene amant, & pulcher Apollo;
Carmina amant Dryades, Satyri, Fauniique bicornes;
Carmina amat DAPHNIS; quid enim non carmina amaret?
Ipse canit facienda, facit simus ipse canenda.
Mœci. DAPHNI, capte bac gratum restaria munera Mœci:
Ecce tibi niveli concreta coagula tactis,
Aureaque in textis nuper mibi mala canistris,
Accipe nunc; majora dabis fors qui subit annus
Ly. Munera, quæ minimus magno det DAPHNIDI pastor,
Munera quæ pastor, solus quim maxima DAPHNIS
Munera det multis; sin tangunt munera DAPHNIS,
Ecce pedum, & calachum; Lycidamq; in munera dotum.
Mœci. Quantum vere novo campis exultat apri,
Vir gregis inter oves, quantum dum jungitur ulno
Latatur vitis, quantumque vesti imbris horti,
Tantum, DAPHNI, tuo rediui letamur in agros.
Ly. Grata quies longo fessis messoribus astu,
Grataque lux misericordia, quos Nox, & cura remordet;

Pp Appr-

Approparet cupidis grata Hesperus hora maritis;
 DAPHNIS tamen rediens tu gravior omnibus vnuis.
 Mœ. Heic exar perpetuum, heic sunt purpurei narcissi,
 Heic viola, dulcique aspirat Amaracus umbra,
 Heic molles Malve; sed nos si, DAPHNIS, relinquas
 Omnia marcebunt, nec erunt sua gramina campis.
 Ly. Fronde nemus, segete & Tellus exultat opima,
 Flore nitent horti, plenis tumet tua racemis,
 Montibus his abeas minimo vel tempore, DAPHNIS,
 Non frondes, segetes, flores, nec videris tuus.
 Mœ. Creta Jovi magno, sua Mercurio Cyllene,
 Vulcano Lemnos, Veneri gratissima Cýprus,
 DAPHNIS ducat Edinum; si Edini commoda norint,
 Vulcatus Lemnon linquet, Venus aurea Cýprum.
 Ly. Bacchus amat Thebas, doctas Tritonia Athenas,
 Mars Rhodopen, jactat proles Latonia Delon,
 Edini turre pulcher dum DAPHNIS amabit,
 Nec Rhodope Editium, vincet nec candida Delos.
 Mœ. Heic mihi nunc facili Zephyri strepit aura susurro,
 Suadent blanda altos rivorum murmura somnos;
 Dulce canit volucris; quod si mihi DAPHNIS adfess
 Possem ego felicem Divum contemnere vitam.
 Ly. Nulla placent sine te nobis bona; displicet arbos,
 Aura nocet, placidos fugio cum murmure rivos;
 At si aderis jam, DAPHNIS, placebit Arboris umbra,
 Aura canet, placidi præbebunt oria rivi.
 Mœ. Grata Jovi quercus, vittis formosa Lyæo
 Myrtus Acidalios incingit fronde capillos;
 At mihi tu si, DAPHNIS, bonus quandoque favebis,
 Rudebo ingentes sylvas, & frondea dona.
 Ly. Ver lenes Zephyros, segetes ferventior astas,
 Poma dat Autumnus, Boreæ mala frigora Bruma,
 Carmina dat Lycidas; si DAPHNIDIS forte probentur,
 Una mihi innumeris erit hora beatior annis.
 Mœ. Piscis in aquoribus, volucris vaga queritur auris,
 Et fera de sylvis, & latis vertagus agris;
 DAPHNIDIS in gremio requiescum gaudia nostra:
 Vnde igitur certam nisi ab hoc sperabo salutem?
 Ly. Vitis in aprico spargit sua brachia colle,
 Pinus in irriguis surgit formosior hortis,

Ante

Ante tuas ego, DAPHNIS foras desertus obserro,
 Qui portæ es, leuis Lycida mala pellere ocellis.
 AL. Sistit, venatu: DAPHNIS redit; ecce canum vix
 Magna prævit, comitumque subit denso agmine turbat.
 Postera ubi orta dies disperget lumina mundo,
 Nos quoq; vobiscum in viridi heic cantabimus umbra.
 Nunc satie est: ap. carquinibus ne præmia defint,
 Tu taurum, Lycida, niveam cape. Mœri, juvencam.

JOANNES LEOGHAUS.

GAVDIVM CORI.

donis ob Daphnidis adventum.

DAm medium cali Phœbus pilra perat axem
 Compuleratq; ardore grecæ ad oxilia fessos,
 Cum celo Corido descendere culmine motis
 Sylvanum faunosq; deos dryadasq; puellas,
 Laurigeris circum redimitos tempora fertis.
 Exercere choros, lotasque per ardua tempe
 Confexit festo nova gaudia promere contu,
 Et crebro hos geminare sonos. O tempora nobis!
 Exoptata diu, multosque petita per annos!
 DAPHNIS honos campi, pastorum gloria. DAPHNIS
 Invicit patrios longo post tempore fines.
 Hac simul ac Coridon viridi prostratus in antro
 Audit, attonus levat impiger obruta curis
 Membra, reluctanterq; abstergens pollice somnum
 Proruit in medias divas, mediumque per agmen
 Territus his monstros rumpit, iufuriaque imo
 Lætitia compuncta trahens & pictore, tandem
 Talibus orsus, ait: DAPHNIS mea cura, masque
 Delitio, DAPHNIS, quem nocte dieque requiro,
 DAPHNIS honos campi, pastorum gloria. DAPHNIS
 Viserit an potius longo post tempore fines?
 Pergite Naiades per rura agitare choros
 Dulcisonumque referre melos, rulos, pergitæ Danæssi duplae,
 Pergite, stantis modulari carmina cubito! rulos et rimos
 Sylvani: quis me, quis me, quæ tollit ad alta

Pp 3

Gram

Grampius astru caput siset? nemorumque latebras
Monstrabis? tibi DAPHNIS, capras ut junctus, & hirtos
Per jug'a montis apros roener, tecumque sub ortum
Aurora, taciti per amica silentia campi,
Irriguo amnes, & dulce fluentis arenas
Saxiferas rivi visam, per amoenaque prata
Basa blanda canam Daphnes, renovemque furores,
Jane, tuos, dumque adamantina pectora Rossa.

Eia age rumpe moras, Coridaon, sylvaq; sonantis
Fortunam ventare juvee: tua gloria DAPHNIS
Venit, amorque rurs; florent ecce omnia, gaudet
Molle nemus, reparatque comas, mulcentque cicuras,
Dulcione propre murmur aque, quæ plurima myrtus
Imminet, & ramos extendit opaca cupressus,
Tityrus ac Mopsus pecudes; & latus in umbra
Doridis infuscos Damon modulatur amores;
In geminataque novos cantus Philomela; Densque
Arcadic baccis Eboli, minioque decoris
Carmina cantat ovans genitalia; siue que Thyrsis
Saltantes sequitur Sandros, & pulcher Alexis:
DAPHNIS honos campi, pastorum gloria DAPHNIS
Invicit patrios longo post tempore fines.

O cotinam diurna sient hoc gaudia nobis;
Et mecum libeat semper tibi, DAPHNIS, paternum
Rus, notisque habitare casas, & figere cervos
Veloces, pastumque gregem compellere ad vandas:
Hic Hyblea levi suadet, nitre susurro
Sommum apis, hic violis necet depicta, thymoque
DAPHNIS serua tibi, & doctus cantabit Amyntas:
Hic poteris mecum tota requiescere nocte
Flore super molli, cum primum surgit Eoo
Sol rapidos terrere lupos, rosaque sub umbra
Sylvicolas Faunos imitari, & Pana canendo:
Sic nos, DAPHNIS, bea, pastorum gloria, DAPHNIS,
Si quis mei superest tibi cura, hac sede quiete.

O Amarylli Deum gemtrix, Domus inclita SCOTUM,
Rorantes atcole genas, oculosque madentes;
Atque incompositos jam randem pecte capillos
Comitus: en tibi DAPHNIS adest, pompaq; coruscus
Pastorum ingenti Fortice per amena virga

Antiqua incedit referens vestigia forma:
Latus in Ortigia qualis mitrarius Apollo,
Diffusos lauro crines, rubrisque pyropis ambius intulit
Involvens, & tela manu radiantia quassans
Instaurat choreas; tanto sese arduus inferit
Ornatus decore, & talis tua gloria DAPHNIS
Invicit patrios longo post tempore fines.

DAPHNIS adest: te DAPHNIS, canunt humilesq; myrcae
Convallesque, nigrumq; nemus: nunc herba venem
Occidit, & virgo reddit, & Saturnia regna.
Nunc & odore vigent dulci colocasia, campus
Flore niter, plenisque tumet gravida uva racemis:
Dulce canunt volucres; Eurus, Zephyrusque, Notusq;
Blanditiis adspicant: late tibi lilia, DAPHNIS
Ecce ferunt Nymphae, & flores fragrantis anethi;
Textasque adjungunt verna de fronde corollas.

Ipse ego capreolos curvata pelle, parresque,
Spemque gregis, nostra nuper data munera Daphnes,
Et picam humanas edoclam reddere voces,
Poculaque e viridi fago celata, periti

Alcimedontis opus, queis tornio insculptus Adonis
Est rogius, & Veneris lachryma Phœbique labores;
Queisque magis gaudes longum servata per arium
Carmina donabo: tu tu Coridonis amorem
Ne sperne, & lati dabimus majora quotannis.

Ite igitur felix bedi pecus, ite capella;
Carpite jam teneras salices; saturaque sciavem
Propter aque rivos salientis mitre soporem.
Vos quoque pastores, vos rustica numina Fauni,
Et tu bella meus Daphne furor, aurea fronde
Tempora vineta, comunque rosis, violisque fluentem,
Gaudentes agitate choros, & spargite festis
Tellurem folii; nam campi gloria DAPHNIS
Invicit patrios longo post tempore fines.

Justinus Arondatus.



Eximii laudes magni; potentia Regis.

Ve novo ut pisces Thetidos penetralia linquunt,
Vt lusus rapidi celebrant in fluminis undis
Caruleis, nec non sua gaudia lepe frequentent.
Donec ad extrebas nativi fluminis aulas
Perveniant, quas nulla ciborum dulcia frusta,
Nec quiesca quies, nec suaria murmurata ripe:
Textilia herbarum coiridum: aut presentia mortis
Vnquam abolere querant. Tanto geminalis amore,
Nati pique soli nocturne, diuque fertuntur.
Hac superant dum illuo oculos animoisque recondunt
Dulce voluptatum tentamine, dulce viarum
Longarum solo solamine, lusibus ipsi,
Oblectantur ubique. Del escis morte peritis,
Tale tuum studium sumnum, talisque cupido
Visendi patriam gratiam, gratoque penates:
Et populos (Rex magne) tuos, tua pignora grata,
Qui patriam ut patrem, quem patrem ut patria flagrat.
Quos neque terra patens populo communis utrique,
Nec mare vicinas gaudens conjungere gentes,
Religiove, suos toties perpessa labores,
Nunc purgat atamen, pacataque numine dextro;
Hos tu conjungi, Rex præstantissime Regum,
Conjunctosque animis stabilique tenore tenebis
Pacis, & aeterni contracto fædere concil.
Regna suis dudum vix per via, per via reddit
Cunctis, quorum animi capiuntur amore videnti.
Plus tu igitur præstas solus quam præstib; qm
Britto vetus, Pictus, Romanus, Gotbus, Iberque:
Plus quoque quam Saxo, & superato Saxone, Cumber,
Neuster, Germanus, Gallus, quam Scotus, & Anolus.
Multi & magnanimis cupidi dare jura Britannis.
Neve quis hoc mirum ducat, complecteris in te
Omnia, que reliqui poterant prætendere jura.
Ergo jure novi & veteres racinere Poëta,
Imperio veniente tuo, felicia cuncta
Ventura in populos faro meliora Britanno.
Temporis hunc modulum Parce concedere, donec

Scotica tot seculis differeta ac Anglica tellus
Officis, pactis, & legum tramite, Regis
Invicti auspiciis animo coalescat: & vndis
Quos mare, quos eadem coeli postura, solique
Copular, hos populum Concordia nectat in unum.
Iohannes Durwardus.

Phœbus & Kinalochus colloquuntur.

KINALOCHUS

P habe pater succurre pius, facilisq; volenti
Magnanum Aonis concelebrare modis;
Cur mundi sator indomitus dare jura Brita.
Et dedit in vietâ sceptrum tenere manus: (ris

Phœ. Tunc unquam merita celebrabis lande Monarcham
Terrenique feres nomen in astra Dei,

Quem decor, auratis ambit quem gloria pennis,
Quem tremit, & cujus nomen adorat humus?

Kin. Sarcina magna; meis humeris minus apta: favoris
Audacem faciet vel levis aura tui.

Phœ. Num Phætonius furor, aut fanaticus ardor,
Præcipitem in furias certaque fata ruit?

Principe digna tuo non pangere carmina posse,
Robora si nostris viribus aucta forent.

Kin. Ergone magnanimi reticebo encomia REGIS,
Nec dabitur laudes concelebrare tuas,

O Patrie Pater, & mundi rarissime Phoenix,
Presidium regni, spes columenque tui?

Extera qui uetus, qui propria regna sagaci
Consilio, summa cum pietate regis:

Gallia muper erat ci vilibus obruta bellis,

Nunc duce te, accepto munere pacis, ovat;
Et quod Belga ferox, & quod truculentus Iberus

Pacifico vivant, munieris omne tui est.

Quod Suedo pax cum Gimbris, cum Saxone Iberis,

Germanique viget, munieris omne tui est.

Anglus amat Scotos, Scoti charissimus Anglus,

Hibernique simus, munere, Sexte, tuo.

Vt triplices animos regeres in pace, videris

Tu regno triplici calitus esse datus

David Kinalochus.

194 THE MUSES WELCOME.



XAPISTHPIA

NOMINE ANDRE.
ANÆ ACADEMIAE.

AD REGEM προφέντιος.



Agnificas Solis Phaeton cum ventit ad edes
Cultam ubi materiam nobile vici opus;
Constitit attonitus: nec enim propria fere
Lumina magnanimi fulgura clara dei; (bar
Dum Phobus radios circum caput omne micantes
Deponens, natum iussit adesse suum.
Summe Parens Patria sic nos insignibus arces
Imperi, & clari fascibus ingenii.
Pallemus, celebrem veluti dicturus ad aram,
Aut colubrum modo qui pede pressit humi.
Terrarum vastique maris Rex arbiter, & vi
Gloria, inaccessi maxima cura Dei,
Pone apicem radio que tuos, admitte Cameratas.
Pulsantes sacras (Numina nostra) fores.
Quisquilius tricasque leves facilis cape svltu,
Et dignum imperio pone supercilium.
Quod si non recipis meritis nisi congrua, nemo
Equabit laudes, Rex generose, tuas:
Non qui Smyrneo descripto Pergama plectro,
Et cecinit Graia non imitanda tuba:
Non si Calliope, non si producat Apollo
Orpheo Bistonum laurigerumque Limum.
Adscita ingenitam non augent lumina lucem,
Nec tua carminibus crescere fama potest.
Laus tua conspicua scandens super aurea fame
Culmina, non jam quo progrediarur habet.
Tu tua mansuris solus committere obarts
Gesta vales, nobis est voluisse satis.

De

TO THE KING'S MAJESTIE.

195

DE REGE SERENISSIMO MENSE

Maio ad natale solum redeunte Gratulatio,
iterumque abeunte, Lachrymæ.


Vid fratres scandis geminos, Sol auree, quorum
Lucta unus, volucris nobilis alter equo?
Stella Stuarta duos alterna luce micantes
Vincit, & innumeri sideris instar adest.
Hinc puri sine face dies, hinc mitis Eois
Lucidius solito Cynthus exit aquis:
Hinc frondent sylva, turgent & in arbore gemme,
Hinc vda emergit primula messis humo:
In pratis agnique leves, haedique petulci
Luxuriant, quot non viderat ante Pales:
Annona veteris pleno bona copia corrui,
Atque horae Cereris spes alit agricolas.
Et volupe est Musis letas agitare choreas,
Et viridi sacram cingere fronde comam;
Et festum celebrare diem, REX namque Camenæ
Respicit, & tristes solus egere vetat.
Collidunt Charites Musis, Aglaia, Thalia,
Euphrosyne rosis innuba virgo genit.
Exultat Phœbus, Pallisque intacta triumphat,
Et saltat nudo Suada, Venusque pede.
Aurea jurares caelo demissa coruco
Tempora, Falciferi secla beata Senis.
Non has delicias, non hunc tibi, Maie, leporem
Conciliat nato Maia superba suo:
Principis adventus, praefens & numen, & ampla
Majestas Maio commoda tanta parit,
At cum subducet sese hec lux candida, flebis
SCOTIA, & ingratis experiere voices.
Heu qualis rerum facies! fugitiua queremur
Gaudia precipiti lubrica stare loco.
Gramina marcebunt, languebit in arbore cortex,
Depositum discet fallere terra ferax.
Non salient tenera per prata & saxa Napes,
Mærebunt vitrea siccæ fluenta dea.

q

Et

Et licet obscuro pellantur nubila cœlo,
 Ex populi lachrymis largior imber erit.
 Cynthius informi vultum ferrugine tectus,
 Orbatus magna parte decoris erit.
 Ut Phætonæ tristis post fata ruina.
 Per coelum fractis abnuit ire rotis.
 Cimmerie vobis tenebre fidissima Scotti
 Pectora,; cum aversis Rex pius ibit equis.
 Phœbe mane, lux alma mane, mora libera si sit,
 Präsidium populi deliciumque tui.
 Aut quoniam gaudent cœlestia corpora motu,
 Et nequeunt uno sidera stare loco;
 Saltem cum Zephyris anno vertente revise,
 Cum veniet blandi nuncia veris avis.
 Te licet Hispanus Regem sibi poscat, & Indus,
 Scotorum semper pectora clausus erit.
 Te sine languidis victi mœrore, remotis
 Ut Phœbi radiis squalida torpet humus.

Dignum laude virum musa vetat mori.


 Nsita sunt cunctis diuina semina mentis,
 Quantum non illis corpora tarda nocent.
 Hinc virtutis amor, pulchrique innata cupidio
 Omnibus, et magnum gloria calcar habet.
 Divorum genus Heroes, & nomina regis
 Magna, fere magnis equiparanda diis
 Pra reliquis ardent & fame, & laudis amore,
 Et cupiunt dulci carmine facta cani.
 Magnus Alexander parvam gemibundus ad urnam
 Dum stat, felicem predicit accidentem;
 Quippe cui laudum prece sublimis Homerus
 Contigit Aonii lux & origo chori.
 Ennius arte carens Calabriæ montibus ortus
 Scipiæ thalamo proximus & tumulo.
 Dicuntur bello partas sacrasse coronas,
 Et Musis veteres thure litasse duces;
 Et merito quid enim Musis est dulciss? aut quid
 Indole Regali dignius esse queat?
 Et tibi non durum circum præcordia ferrum,
 Nec riget in fibris saxæ vena tuis.

Mite

Mite sed ingenium, molle & tractabile pectus,
 Et tanto imperio congruus oris bonos.
 Facta adamantis incidi digna tabellis,
 Sola Sophocleo facta canenda stylo.
 Ergo fave titulis, famamque extende benignam,
 Invidisne tuis ne videare bonis.
 Flagitat hoc heres, divini seminis heros:
 Qui crescat riguis ut solet alnis aquis.
 Hoc Patria exposcit genibus minor, & sibi semper
 Plaudit, quod patria contigit esse tua.
 Munera, quæ natura potens, & numen, & astra
 Singula dispensant omnibus, unus habes.
 Hac tamen in tenues vaneſcent protinus auras,
 Ni ſint artifici pertinuata manu.
 Non hoc marmor, ebur, non æra Ephyreia præstant,
 Hoc dare Mnemosynes filia ſola potest.
 Atria præcelfis vel cœlo aquanda columnis,
 Tectaque de pario marmore, regis opus,
 Dives gaza, Arabum gemme, pretiosa ſupelleſ
 Externa tantum ſymbola ſortis erunt:
 In tabula Zeuxis, ducet Leuſippus in ære,
 Quæ fuerit vultus gratia, frontis bonos;
 At non eximias dotes, radiantia mentis
 Lumina, & antiquis amula facta dies.
 Hoc tibi prætabunt docti, doctissime, vates
 Quorum opera, magnâ parte ſuperstes eris.
 Præterea rebus properant ſua fata caduci,
 Longaque conſumit maxima quaque dies.
 Vasta pyramidum moles, Babylonis & alti
 Mania, ſunt nomen prater inane nihil.
 Carmina contemnunt ferrumque, imbreſque, foremque,
 Tempus in illa nihil iuris habere potest.
 Edituis ſacrîs, & vatis addere calcar
 Ne pigear, Thyrſo pectora tange tuo;
 Ut ſtudio majore petant Helicona, tuisque
 Noctes atque dies laudibus in vigilent.
 Et vos, & vates, famam ſi queritis, haec ſit
 Materies Musis, ingenijque ſegeſ.
 Interea has inter lauros, hederasque, myricas
 Serpere, me inque tuis vatisibus effe jube.

Qq 3

AD

AD REGEM

ut qui Musis otia præstítit, etiam pauperiem levet.

Non vocem intendit liquidis olor albus in tono,
Ni spiret Zephyri blandior aura vagi. (dcs,
Dumq; errat picto sonipes securus in arvo
Suscitat auditæ membra animoq; tuba.

Amplæ licet merces virtus sibi, calcar acutum
Spes lucri, & castæ buccina laudis habet.

Nos, si grata tui circumsonet aura favoris,
Pangemus Clario carmina grata deo.

Non opus est rigido nobis accingier ense,
Mittere nec validâ spicula lenta manu.

Auspicio Rex summe tuis sumi carmina cura,
Aonias recreant otia tutæ deas.

Non nunc ancipitis rabies borrenda duelli,
Non pedes armatus, non metuendus eques.

Jamque diu populi discordia corda Britanni
Junxisti, eterne copulæ amicitia.

Sed firmum nihil est & ab omni parte beatum;

Vnus adhuc superest hostis, & arma capit.

Pauperies maleuada, sacræ infesta Camanis:

Et grave quod nimio pondere mergit onus.

Non gravior vasto moles imposta Typheo:

Sub tanto gemeret fasce stupendus Atlas:

Huic non certaret diram qui contudit Hydræ

Alcides, quamvis dictus æternares;

Fortior Alcide, magno quoque major Achille,

Huc ades, inque hostem suggere tela gravem.

Nec sequere Augustum, quamvis potes, haud dedit aurum

Pensavit doctis carmina carminibus

Aurea sed par est nostrum dare munera Regem.

Secula qui nobis aurea restituic.

Desiderium Patriæ.

Dum parat ad patriam redditum Laertius heros

Adversis rerum pene sepultus aquæ;

Transmittit plenis torrentia flumina ripæ;

Et superat rupes aëreasque nives

Sirenum voces, Acheloia monstra, sorores,

Leucostiam, Egiā, Parthenopenque fugit.

Scylla

TO THE KING'S MAJESTIE. 199

Scylla rapax roisa est, vasa implacata Charibdis;

Demerguntque Ithacas impia saxa rates:

Vifus & æneo Siculus Polypheus in antro,

Quem madidum multo perdidit ille mero;

Nobilis inde Lami veterem delatus in urbem,

Antiphata vidit regna cruenta feri.

Naufraga Campane legit quoque littora terra;

Dives ubi Circe filia Solis erat:

Sed non cum sociis, infamia pocula, Stultus

Hausit, Acidalia toxica grata deo:

Restabat fatis aliquid, speciosa Calypso

Vifenda Ogygii gloria prima soli.

Fecit delicias, vasa est mille artibus, ampli

Non animum verit cōsiliaque viri.

Adversos quiores causata est anxia ventos,

Et variâ longâ nexuit arte moras.

Ab quoties dixit, que te dementia cepit,

Qui præfers cultis aspera saxa locis?

Que neque sunt planis spatis porrecta, nec herba

Prodiga; non Bacchus, non ibi flava Ceres.

Objecit populosque rudes, humilesque penates,

Penelopenque ream rusticatis agit?

Addidit & dulcem vita immortalis honorem,

Et saxe immensas jactat & auget opes.

Ille velut surdâ prudens avertitur aure,

Vt saxum tumidi quod ferit vnda sali.

Qui solitus fumum, & patria laudare favillam,

Et latâ patrios fronte videre focos.

O qui cordato magis es cordatus Ulysse,

Armi potens, divis proxime, cura deum,

Ter quater est Phœbus sua per vestigia lapsus,

Perque polum celeres sapius egis equos

Ex quo longinquas vltro invitatus ad oras,

Capisti imperii fræna tenere novi;

Non tamen innatum patriæ sed avit amorem.

(Quæ sepe imminuit maxima) longa dies.

Non alios ricus, alos ve ediscere mores,

Sed dicas Anglæ quidnam speciosus aula,

Hic Thameſis decus est orbis, & orbis amor.

Persa

Perfarrum Siculeque dapes, & lauta supelleo,
Tectaque Niliacis emula penè Pharis.
Sed quoties studia antiqua, antiquique penates,
Et subiere animum gaudia prisca tuum,
Dilecta patria toties occurrit imago;
Et toties curis tortus es usque novis.
Cuncta suos repetunt ortus, nemora alta volucres,
Salmones nitidi flumina, lustra fera.
Omnia si nobis adhinc, tamē omnia desunt,
Si misericōdo non licet ore frui,
Purpuream trabeam, & sacram spectare tiaram,
Libare & manibus basia mille sacrī.

Doctrina Principis ornamentum.



Asta Minerva truces ensem distringit in hostes,
Torquet & intrepidā Martia tela manu.
Nōcturnis eadem solet impallescere chartis,
Sepe solet pluteum cadere, sepe caput.
Sic scandit Princeps solium spectabilis altum,
Imperio clarus, clarior ingenio.
Quām benē conveniunt, & in uno pectore fidunt
Imperii fasces, ingeniique faces.

AD POTENTISSIMVM INVICTIS-
SIMVMQVE MAGNæ BRITANNIÆ
FR. & HIB. &c. Monarcham

Panegyricus.



Hæbe vices anni varias qui præpete cursu
Dividis, atberis flammantia lumina templis
Conde: orta est nova lux major, jamq; amulatellus,
Jam solem est enixa suum, qui luce jacentes
Axe sub Arctoo terras illustrat, & omnem
Conspicue lucis radios diffundit in orbem.
Martia qui populi, sed Marte invicta, Britanni
Pectora substrictis flectit rationis habenis;
Qui quanquam emineat titulis insignis avitis,
Magnis major avis, sena & centena priorum
Stemmataque, & regum rictulos ipse ornat, & auget
Mole novâ, Tribulumque Rosæ, Pardumq; Leoni
Vnit, & ut stabili concordent fædere, rauca
Junxit fila Lyre, quamle vel Thracius Orpheus

Sumpit, ubi rapidas voluit compescere tigres,
Vel qualē Amphion, Dirce conditor arcis,
Quem perhibit numeris lapides animasse canoris.
Quodque magis stupeas, non conquam concigit ulli
Talis bonos, tanto procerum plebisque favore;
Felix cōanimis quem publica gratia votis
Flagitat, & cujus regni primordia, fausto
Omine, subsequitur nostri concordia mundi.
O fortunatos populos! felicia regna,
Tum miti subiecta jugo! que populi flexo
Tum molle imperium agnoscunt: non effera se
Hispani rabies, non Turcæ effrena potestas,
Qui totum sumptis orbe circumtonat armis,
Compellet veteres sedem mutare Britannos,
Aut alio profugos secum asportare penates.
Præsidium, arx, columen, statio, cutamen, asylum
Rex erit, & sevum clypeus porrectus in hostem:
Quem non frangit hebes somnus; nec inertia, Siren
Improba, nec patitur luxu tabescere corpus;
Indomitæ sed gaudet equis, durisque lupatis
Temperat, in patulo seu vult decurrere campo,
Seu sinuare fugam & gyros in mille ferocem
Flebile cornipedem Chiron vittorque cbimera
Bellerophon; vicit Pollux quoque cedet habens.
Venatu invigilat, modò tendens obvia cervis
Retia, vel captus præde melioris amore
Fulmineos invadit apros, rigidosque per armos
Arma quatit, certâ defigens vulnera sede
Mundi oculus, lucisque deus miseratus iniquam
Scotigenum sortem, crassis adoperata tenebris
Pectora, & aversa a lucis origine mentes
Vidit, & indoluit, cæloque emisit ab alto
Te radiosque, JACOB, tuos; quis omnia cedant
Sidera; non Helice nautis bene nota Pelagis,
Prævia nec dubius par est Cynosura carinis:
Postquam alluxisti, Scotis nox abra recepsit
Protinus, & densa fugiens caliginis umbra.
Namque prius (meminisse piget) gens nostra colebat
Degeneres luteosque deos, simulachraque vanis
Ficta modis vita sensusque expertia, fuso

perli-

Perlita, & in Stygiis insomnia nata tabernis :
 Sed simul in ricti fax illibata Stuarti
 Emicat, humani pereunt figmenta cerebri ;
 Ad virum verumque Deum libamina pura
 Mentis, & incoctum generoso peccus honesto
 Deferimus, spretâ Latia Meretricis acerrâ.
 Legibus, exemplo, ritâque accendit in oris
 Omnibus ardentem vera pietatis amorem.
 Justitia vindicta legumque minacia molli
 Numine vincula levat, mitis clementia summi
 Temperat examen juris ; pax aurea dotat,
 Ditat & in rictos illo regnante Britannos.
 Armorum pacisque bona liceat arbiter, armis
 Otia, pacalem Lauro præponit olivam :
 Scuta sicu marcent, scabri rubigine tela
 Squalent, in curvum gladius conflatur aratum.
 Sed quid ego Icaris demens super aethera penitus
 Vectus, & infido positus nomina ponto,
 Innumeros laudum titulos, & pondera rerum
 Ingenio majora rudi comprehendere coner ?
 Quis Cereris spicas, Bacchi numeravit & ruras ?
 Plurimaque in latis nascentia grama pratis ?
 Irrigat aut quories fitientes optimus agros
 Juppiter, & letò descendit plurimus imbri,
 Quisnam decidus guttas percensuit cuncta ?
 O si Meonium ferrent hæc ferrea votum
 Secula ! non iram caneret florente Thaliâ
 Militis indomitam, longisque erroribus actum
 Aoliden, tu nectareis longè potiorum
 Sufficeres numeris segetem genioque Poëta.
 O cotinam in terris lampas STUARTA perrennet,
 Scotigeni Solemque soli non ullus Horizon
 Terminet, occidua serò declinet in oras :
 Scotia ter felix tanto se jactet alumnis ;
 Scotia ter felix tanto gratare patrono,
 Delicia rarumque decus tibi contingit & vi,
 Omnibus opponas ruras, quos Græcia mendata
 Vendicat, aut crebris Roma imperiosa triumphis.
 Henricus Danskinus Philol. Profes.

ΑΣΠΑΣΜΟΣ ΣΥΜΠΕΡΑΝΤΙΚΟΣ.


 Μες δις θέντε γλύκερος δεδακάτη
 Λέγου μέσω μελι, τολμάσωμεν
 Τάυτα της ψυχῆς, Βασιλεῖ, ταπείνη
 Δέσμα φρεδεῖν.
 Οιδατες καλλες θτι τάν μέριμναν.
 εδηρισθε τικλε μεγάλα κρέοντες
 Σιλοτης δέραν, έταρε ή σιδονος
 Υπορθεματικη
 Ην μὲν θυγατος μισια κακια,
 Ει θέλων ποιειν, δύναμιν δι θρόνων
 Μηδαιμος λόγη θλίψιος, προσολο
 Δέρον άσθετον
 Καὶ σπιρχον δέρρον, μέλος οὐδὲ ζειδε
 Ικαν μὲν σέβεσθον γέρας, οὐδὲ μενονή
 Ευμενης δρυον Βασιλεῖς κρατει
 Χάρης λεγοδημη
 Χάρης σηκηλέχον κάδος οὖν ενανθίζει
 Δέση τη κόσμη, πατρίδες τε ζάνε
 Σκη ιρας πάντας ἀγιοι, χαρι τε
 Χλόρα θεοίο
 Ιστης αυλανόστρες

THESES THEOLOGICAE
 DE
 P O T E S T A T E
 P R I N C I P I S .
 Q U A S

Ad iv. Idus Iulii Andreapoli

Coram R E G E illustrissimo

Præside Roberto Houæo S.S. Theologæ Doctore
 Propugnavit David Lyndesius S.S. Theologæ D.



UEB M A D M O D U M di vina prop identia res omnes alias non communi tantum procuratione, sed suis etiam certis quibusdam legibus natura cuique penitus infixis, sustentat regit & tuetur: sic conservando generi humano, aptum & convenientem ordinem constituit, quo tum Religio & pietas in

DEUM: tum inter homines societas concinetur.

2 **M** ujus ordinis ministri custodes & conservatores sunt, Imperatores, Reges, Principes, & viri & viroli qui virtute potestatis, & Imperii auctoritate, non modo tranquillam et quietam vitam praestare suis subdits tenentur: sed prudenter etiam carene ne vitam hanc in hora transfigant porci velut Epicuri; verum ut in honestate & omni pietate degant, us decet homines qui divine rationis, & immortalitatis sunt participes.

3 **H** onestas seu oeu[r]us est non tantum sua cuique congrua, & virtuti consentanea vivendi ratio: sed humanae etiam societatis & communictatis hominum inter se apta convenientia & gravis condecoratio.

4 **S**ocietatem hanc conciliat natura, primum maris & feminae coniugio, unde propagatio generis humini; deinde rationis & orationis usu, unde nata inter homines commercia, scientiae & artes omnes, tum liberales tum mechanicae, quibus tanquam adamantinis catene vere aurea cuiusd[em] annulis, homines cum hominibus arctissime colligantur.

5 **H** arum rerum et si nec inventio, nec traditio, nec exercitium ad Magistratum pertinent: sed ad eas homines partim facti sunt et nati, partim singulari quadam & divina gratia imbuti, partim a sapientibus & peritis artificibus instructi: de illarum tamen uso ad Reip. utilitatem, & ad praecaram illam communictatis humanae subtilia conservandam leges condere, ad jus imperij et magistratus potestatem spectat.

6 **P**ietatis & Religionis (cujus vinculo homines cum Deo & inter se firmissime devincuntur) instituenda & prescribenda auctoritas, ejusque omnis administranda ratio, & ministrorum ordinatio, divina prouersus & celestis est, & ad CHRISTI Domini super domo DEI, imperium & potestatem solum pertinet.

7 **D**E Pietate tamen & Religione a Deo tradita, stabilienda & conservanda: collapsa restauranda: corrupta purganda & de ministris ejus alendis, protegendi, & scibis enormes sunt in ordinem etiam cogendis: denique de omnibus mortuoribus & xata rata in divino cultu peragendis: leges constituere & judicia exercere Reges & Magistratus possunt & ex officio tenentur: ut omnia ad DEI gloriam & populi salutem referantur.

Ver

8 **V**erum in his omnibus gerendis divinam voluntatem certo explorari habere: ad eamque leges de Religione, & legum executiones & actiones suas omnes dirigere & formare debent.

9 **E**t si ad h[oc] omnia praestanda circa Pietatem & Religionem, Reges et Magistratus ethnici potestatem olim habuerunt, Tertiam nunc habent: hanc tamen divina voluntatis certa cognitione substituti exercerentur non poterant, nec temere debebant, ideoque arbitriu suu nūquā ea voluntat sunt, sive Sacrilegio, Idololatria, & detestanda superstitione.

10 **C**hristianis Magistribus Christianismus juris novi nihil trahit, hujus tamen beneficio potestatis ejus, quam jure obtinente, eum legitimum & exercitium circa divinum cultum habent, aut habere saltem possunt & debent, quatenus scilicet per Evangelium ejusq[ue] ministerium voluntatem DEI in omnibus que ad Religionem spectant plene planeque patet factam habent.

11 **A**d potestatis hujus exercitium legitimum non solum pertinet, jurisdictionem illam & disciplinam, quam in Ecclesia Christus instituit in suo nomine, per Ministros suos exercendam; auctoritate legum & Imperii confirmare, stabilire & munire. verum præterea ad doctrinæ puritatem, Ecclesia sanctitatem & salutem, honorem DEI & gloriam tuendam contra flagitia, heres, & scandala: ad ejusdem potestatis eum spectat, leges ferre, quibus temporales quoque paenae decernantur, Judicia constituantur, & Judices ad causas has idonei præficiantur qui Magistratum ipsorum nomine jus dicant.

12 **E**x his manifestum est causas & personas omnes Christianis Magistratibus, vel ut gubernatoribus; vel ut Judicibus subiectas esse ut gubernatoribus, quatenus sacra de his Judicia que in Christi nomine procedunt, auctoritate Magistratum Christianorum (quorum tutelle sunt commissa) confirmantur, stabiluntur & mununtur: ut Judicibus vero quatenus super eisdem causis & personis Magistratum ipsorum nomine Judicia ab ipsis constituta per Ministros suos exercentur.

13 **I**n pater etiam, quod Christianus Magistratus potestatem habeat in sua ditione Ecclesiastica concilia indicendi, cogendi, & in eis presidendi; non ut Episcopus & Judex internorum: Christus enim in cuius nomine habentur hac comitia Judex internorum solius est; nec ut vicarius aut minister aliquis ad hoc a Christo delegatus et subordinatus: sed ut summus gubernator a mundi maximo gubernatore DEO ad dignitatis amplioris longe & augustioris fastigium electus, quam est ministerium ecclesiasticum aut quodcumque munus pastorale, ad ordinis illius scilicet divinae providentiae conservationem, qui tum humanam voluntatem ad societatis humanae operatur tum divinam etiam ad pietatem pertinentem, ambitus suo comprehendit.

Kr 3

Deniq;

14 Denique corruptam Religionem perpurgare, collapsam restaurare, postquam diuinam voluntatem plene compertam habet; aut per Ecclesiastica comitia ad hoc legitime coacta, ad exemplum Constantini; aut per regni universi comitia ad exemplum Josie; aut, si propter temporum corruptelam tum in Ecclesia, tum in Republ. prevalentem, ut in regno Israelis post Achabi tempora, & in papismo nostris his temporibus per ordinaria huc medianibil profecerit; tum Christianus Magistratus armata vi cultum Idololatricum & superstitionis delere funditus & extirpare, & verum restaurare potest, & debet, ad exemplum Jerubbaelis, Iehu, & Josie.

15 Et si Christianus Magistratus cum beneficiorum in Baptismo perceptorum ratione; tum fidei & obedientie christiana solemnissimulaclatione, in omnibus ad pietatem pertinentibus, spirituali regno Christi, ejusque ministerio subjectus sit: potestas tamen ejus haud subordinata est huic Christi regno, aut ministerio regni hujus qualicunque, aut ministris quibuscumque.

16 Nam qui subordinatam habet potestatem minister est superioris potestatis cui subordinatur: Christianis autem magistratus quia Rex & Imperator est imperii terreni, vel regni quod est ex hoc mundo, minister eius regni nequit esse, quod ex hoc mundo non est, regni scilicet spiritualis Christi, cuius omne ministerium est spirituale: Itaque Christianus Magistratus quia Christianus, unus est de gregi; quia magistratus, gubernator gregis.

17 Quod autem attinet ad iusjurandum quo se obstringunt quidam Magistratus, cum regnum inueniunt, ad Religionem Christianam defendendam & ad obedientiam & fidelicatem Papa & Ecclesie praestandam, id per partes est considerandum.

18 Primum, Religionem conservare & tueri quia Magistratus sunt a Deo constituti; deinde quia sunt Christiani, Ecclesie parere debent: pars reliqua ad Papam pertinens agnoscit Papam, supra omnem appellationem Deum aut Augustum, exaltationem: ad hanc ideo præstandam non obligantur, sed ad seriam resipiscientiam, propter iusjurandum in Deum impium, & ipsis ignominiosum, quibus Deus hoc abacu vel venerationem tribuit, ut Domini & filii excelsi vocarentur.

19 Denique, si magistratus à Religione Christiana defecerit & fidem abnegaverit, tum regni Christi privilegiis & beneficiis privatur omnibus. Imperium tamen, & potestatem non amittit, que nec ab illo auferre, nec in alium transferre quisquam potest, nec subditos a debita obedientia & subjectionis nexu solvere.

Hic.

20 Hic tamen admonendi sunt apostatae, quod Christus duplex habet regnum, & unum acquisitum obedientie & mortis merito, quod regnum gratiae & spirituale a nobis supra nominatur. Alterum ipsi communicarum a patre ante secula, quod regnum est potentie & providentiae communis, in cuius etiam communionem post resurrectionem ascita jam humanitate, Christus jure Rex est Regum & Dominus Dominantium, omnemque sibi potestatem subordinatam habet & subjectam.

Nunc ergo REGES animadverte, eruditimini Judices terrae, colite Jehovam cum reverentia, & exultate eum tremore: osculamini filium, ut non irascatur, & percutias in via, si exarserit vel ageretur a vobis: minime ira ejus, Beati omnes qui se recipiunt ad eum.

Ubi præfatus esset disputatonis Praeses, D. Hovæus; sic respondens Theses suas explicavit.

Tin futura disputatione de Potestate Principis plenior & evidentior sit status controversie, tria sunt consideranda. Primum, quis sit finis politice potestatis, & quæ res circa quas versatur: Secundum, quoniam modo & qua ratione in rebus his versari debeat: Postremum numquid haec potestas summa sit & absoluta, an alteri subordinata. Quod ad prium attinet, pacem & bonum temporale tantum finem esse politicæ potestatis contendunt adversarii; atque hoc nituntur fundamento argumenta penè omnia, quibus potestatem hanc sumam & absolutam Principis impugnant. Ad hoc igitur tollendum, quo semel emerso, labefactata simul omnia adversariorum firmamenta corrunt; Nos finem Principi propositum non esse pacem tantum & temporale bonum, sed spirituale & eternum, argumentis necessariis, & rationibus firmissimis, paucis tamen & brevibus, convincere conabimur. Etenim nec hominem creavit Deus, nec per naturam homines consociavit, ut in pace tantum degerent, & vita hujus bonis fruerentur: verum, ut vita hujus commodis tantum subdiis necessariis ad bene beatèque vivendum vicerentur: est autem bene & beatè vivere, non in otio & voluptatibus vita transi-

transigere, quæ detestanda Epicuri est sententia à sanis omnibus explota: sed bene & beatè vivere est in pietate & honestate degere, quæ vitæ huius summa est felicitas, & certa ad futuram & æternam via. In hac sententia Philosophus cum Remp. definit, *πολιτείαν την εποιειν ήρεσις της πολιτείας απόλετην* communitatem similium, vita quoad eius potest fieri optima gratia consociatam, statim subjicit *την δικαιοδοσίαν της πολιτείας* est autem felicitas vita status optimus; *την δικαιοδοσίαν της πολιτείας την τέλεων* hæc autem est virtutis actio et vsus perfectus. Sic Aristoteles vitam optimam, quam felicitatem vocat, & in virtutis actione & perfecto vsu ponit, finem Reip. existimat: Cum hic ergo finis sit & cū usque hominis à D. o conditi, & humanæ etiam societatis quod corpus est politicum, idem erit finis Principis, qui caput est politicum; siquidem corporis & capit's idem extremus finis sit habendus. Confirmat hoc sanctus Apostolus cū magistratus in eminentia constitutos scribit in hunc finem, ut vitam quietam & tranquillam in omni pietate & honestate degamus; ex quibus patet pacem & quietem non esse finem Principis extreum; sed Reip. totius & singulorum civium piam & honestam vitam. Quemadmodum humani corporis finis non est sanitas & firma constitutio, sed animæ imperio obtemperare & vita munia obire, quod quia sine viribus præstari nequit, curare debet quisque suam valetudinem, nec tamen vivunt homines ut valeant, sed rationem habent valetudinis ut vivant: sic pax & quies non est extremus finis Principis, sed civium felicitas & sumnum bonum; quod quia Princeps assenti non potest sine pacis subsidio, in hoc elaborat ut illud efficiat. Quis Sodoma & Gomorrah regulos existimat officio probe defunctos, cum pace suos subditos & vita hujus commōdis beatent omnibus, interim illis ventri deditis, otio torpescere & fœdis voluptatibus dissoluere permiserūt.

Sic ergo fine politice potestatis non in temporali bono tantum, sed in vera & æterna etiam felicitate constituto. Circa res omnes quæ ad finem hunc perducunt versari Principem necesse est: & sunt illæ non humanæ tantum, sed etiam æternæ. Bonum temporale etiæ rerum humanarum subsidio possit obtineri; at non æternum sine ope rerum divinarum quas Religio complectitur. Hoc Divini illi Reges cognoverunt David, Salomon, Ezekias, Josias, qui in constituenda & tuenda vera Religione tanto studio, tanta diligentia, tantum operæ & laboris posuerunt. Aristoteles politorum 7^o. cap. 8^o. sex bene constitutæ Reip. partes enumerat: Agricolæ ad viatum: Artifices ad vitæ cultum: Milites ad præsidium

dium: Mercatores ad opes: *τεμνον δικαιοδοσίαν την τέλεων* *την εποιειν ήρεσις της πολιτείας*, quintam sed principem rerum divinarum procurationem quod Sacerdotium appellant: Postremam Judices. Has partes omnes adeo necessarias censet Philosophus, ut sine harum aliqua, *εποιειν ήρεσις της πολιτείας* neget esse Remp. quid igitur si desit ea pars, quam etsi quintam ordine recenset, dignitate tamen principem agnoscit, cultus divinus & Religio? hanc ergo cura Principis existere, est mancam & mutilam Remp. efficere; Cives optima felicitatis sue parte private: ipsos autem Principes qui Dii, & filii Excelsi nominantur, a divinis & paternis rebus accere, quos Deus promovit Ecclesiæ nutricios, hos ab Ecclesiæ tutela & cura removere. Ut igitur quæ dicta sunt in pauca contraham, Deus qui perfectissimæ inter res humanas creaturæ homini, finem perfectissimum præstuit beatitudinem, & ut ad finem hunc illum perduceret, ordinem quoque perfectissimum constituit & suis partibus omnibus absolutum, inter quas princeps est Religio. Idem ad hujus ordinis perfectissimi conlervationem potestatem quoque perfectissimam instituit, quæ hujus ordinis non partes alias omissis aliis curaret, & quæ in reliquis elaboraret, summam autem & præcipuum partem negligenter; verum quæ in hac conservanda & tuenda nervos omnes intenderet, vires expromeret, curam & cogitationem omnem collocaret. Itaq; Principi nil carius, nihil antiquius, nec quicquam debet esse prius; pura, sancta, & verenda Divini cultus procuratione.

Hactenus de fine politice potestatis & rebus circa quas versatur. Nunc quo modo & qua ratione in his versari debeat, paucis perstringam. Neque rerum divinarum neque humanarum inventrix aut effectrix est potestas hæc, sed effectus & inventas a Deo & natura accipit, hominem inquit Philosophus non efficit sed utitur politica disciplina. Sic nec artes nec scientias, nec res alias quæ ad humanam pertinent societatem, & multo minus quæ ad Religionem efficit aut exercet politicus Magistratus: verum illis imperat, quorum operæ hæc sunt & prudentiâ geruntur. Horum itaq; labore & industriâ Remp. beatam & florentem facit, hi sunt *χειροτόνοι*, Princeps *αρχιτεκτον*, hi effectores operum, Princeps horum gubernator & director vel *αρχοντες*.

Talis erat Dido, talem se leta ferebat,
Per medios instans operi regnisque futurs,
Jura dabat legesque viris, operumque laborem
Partibus equabat justis aut sorte trahebat.

Principis est non ad opus manum extendere, sed mentem intendere, non manum admovere, sed animum advertere; præscribere, monere, instare, virgere, personas interdum irrogare. Sic dum omnes & singuli imperio obsequentes muneribus obeundis, officiis præstandis & operibus incumbunt suis, ingens illud pietatis & honestatis opus procedit, & ad finem Principi propositum, regni totius & singulorum civium sumnum illud bonum tandem perducitur; quo tum Creatoris gloria, tum creaturæ salus continetur. Quamobrem rerum omnium cognitione quam perfectissimè instructum oportet esse Principem, & adhibere in consilium viros prudentes & expertos & omnium rerum peritos. Ideoque inter Principes, εὐαγγελίον ἀπόστολος πάτερ των ἁγίων ψαυτῶν οὐκέτι οὐδὲ τοῦτον οὐδὲ τούτους μόνους οὐδὲ τούτην τὴν αἵρεσιν, rursus & ille bonus est qui bene nōnenti paruerit. Quo magis nobis sunt habendæ immortali Deo immortales gratiae, qui non Solonem, non Licurgum, sed Davidem alterum & Salomonem (& quod fidenter dixerim) mundi gubernatoris maximi veram solum & incrementum magnum, spiritu verè Regio afflatum, spiritu sapientiae & consilii, spiritu timoris & cognitionis D. E. I., Religem nobis præposuit τούτον διδάξας, ἀλλὰ medium quem cætera turba Regum habet atque humeris extantem suspicit altis. Verum ut inter partes ordinis politici primas obtinet Religio, sic in politico Magistratu imprimis rerum diuinarum summa cognitio requiritur. Improba est temeritas, in quibusvis rebus, in sacris autem & divinis impia & flagitiosa. Religio a græcis εὐαγγελία dicitur, quia dextre & attente capienda & tractandæ sunt res sacræ, omnia in diuino cultu ad divinæ voluntatis normam, & non ad hominis arbitrium & placitum humanæ sapientiae gerenda sunt. Moses omnia ad Typum in monte sibi commonstratum formavit. 1 Chron. cap. 28. David Salomoni filio Sacerdotum & Levitarum distributiones, structuram Templi omnem, instrumentorum vasorum & rerum omnium ad illud pertinentium scribitur tradidisse: hæc autem omnia per spiritum informata & quasi de scripto accepisse e manu Jehovæ qui instruxit illum 2. Ch. cap. vndetricesimo Ezekias dicitur restituisse Levitas in domo D. E. I. cum cymbalis cum citharis cum nabiis ex præscripto Davidis & Gadis regii videntis & Nathanis Prophetæ, quia a Jehova præceptum illud erat per Prophetas ejus. Josias librum Legis recens repertum populo recitandum & diligenter perlegendum curavit & ad præscriptum ejus cultum D. E. I. constituit. Artaxerxes Esdra authore & suasore editum illud verè

verè regium & divinum promulgavit ; quicquid est ex sententia Dei cœli diligenter perficitor in doino Dei cœli. David cur arcam de loco in quo prius fuit Sionem transportandam curavit, hanc assert catusam : quia dilexit inquit, Deus Sionem elegit pro habitatione sua dicens, *Hac est requies mea ; hicabitaturius sum in facula.* cum constitutum apud se haberet Templum ædificare, opus aggredi noluit in-consulto Deo cuius per Prophetam voluntate explorata statim consilium mutavit. Sic sacri illi & divini Reges in factis & divinis rebus licerisibi nihil arbitrati sunt, quod à Jehova non prescriptum aut saltem approbatum esset. Sed quorsum haec? ut sciant Christiani Reges quid inter ipsos & profanos Ethnicos interesse debeat : eandem habuerunt potestatem Ethnici circa res divinas sed contactu omnia fecerunt immundo, aut quia divinam voluntatem ignorabant, aut quia veritatem Dei, in injustitia detinebant, *et adorantes eius obopus faciebantur* cum sapientes videri vellent stulti facti sunt : nam qui in Divinis ex suo sensu sapit, is profus desipit. Christiani autem Reges cum in Evangelio Typum divini cultus perfectissimum, informationem Sancti Spiritus voluntatem & sententiam Dei cœli expositam planissime & plenissime habeant, ad hæc tanquam ad certissimam regulam leges & actiones suas omnes dirigere & formare debent, ad exemplum horum sacratissimorum Regum Davidis, Solomonis, Ezekiæ, Josiz, atque hæc illorum est prerogativa supra omnes Reges & Monarchas Ethnicos, quot sunt fuerunt aut futuri sunt. Restat locus ultimus, in quo queritur num *Principis potestas* summa sit & absoluta, an alteri subordinata? Summam & absolutam esse nos tuemur. Nulli enim alteri humanae potestati subjectam aut subordinatam esse censem mecum omnes saniores : quod autem attinet ad Christi regnum, illud aut ab ipso Domino aut a ministris ejus exercetur, & quod ab ipso Domino exercetur, cum externum & visibile non sit, in externam & visibillem Principis potestatem non impingit. Restat Evangelium quod ab hominibus administratur. Quid igitur imperat in Evangelium politice potestati? aut numquid ea vtitur tanquam subordinata facultate aut instrumento aliquo, aut subsidio necessario ad consequendum suum finem? nihil minus, arma militie nostræ non sunt carnalia, *Regnum Christi non est de hoc mundo*, Evangelium duximus est in se sufficiens ad suum finem : *Est enim Dei potentia ad salutem cuiusvis credenti.* Imperat quidem nobis Evangelium, ut pareamus Principi tanquam Dei ordinationi in nostrum bonum institutæ, & si Princeps Christianus sit, opem & præsidium ejus implorat, ab illo debitam obedientiam & fidem exigit, in quibus præstandissi remissior fuerit. Tum hortari & orare, etiam liberius accusare & monere non desistit. Numquid amplius? quid *S* *s*

THE MUSES WELCOME,

si in flagitium aut scelus aliquod (quod absit) Princeps prolabatur? quid si à fide Christiana defecerit? potest ne in Jus illum vocare? Judicium instituere? causam cognoscere, & spiritualem illam excommunicationis poenam infligere? Posset id quidem si ministris uteretur Angelis & non hominibus, qui cum Imperio subiecti sint, illis in Judicium pertrahere Magistratum & gubernatorem suum mihi nondum visum est licere, certè non expedire vident omnes qui non amentes aut insani sunt. At cum Ambrosio à sacris arcere aut saltem illi suam operam negare In re divina facienda possunt & debent; Verum vt demus hoc illis licere, ecquid preterquam spiritualis regni Christi privilegia detrahit Principi censura hæc, fit tibi velut Ethnicus & Publicanus? an illum exuit imperio? an potestatis jure spoliat? an subditos à debita obedientia & subjectio-
nis nexu liberat? nihil horum sine scelere cogitari potest, nedum proferri aut defendi. Interdictum hoc in omnes eandem vim non obtinet, non æquè omnibus obstricti sumus. Sit tibi pater Ethni-
cus & Publicanus, Tu quidem filius cum patre in sacris & divinis
rebus cōmunionem non habebis, debebis tamen patrem revereti,
salutare, illi assurgere, illum deducere, illi parere & servire; quod
ni facias, indignus ipse meritò censeberis cōmunione & consortio
sanctorum. CHRISTUS venit non vt legem solveret, sed vt im-
pleret. Quid igitur, inquit Apostolus, num per fidem legem ab-
rogamus? absit, immo legem stabilimus. Evangelium nec natu-
ram destruit, nec politiam. Cum igitur censura hæc sit Evangelica,
erit illa quidem usurpanda, sed salvo jure naturali & civili: quam-
obrem nec filium a patre debita obedientia, nec a servili nexu ser-
vos, nec a subjectione subditos liberabit: Itaq; per illam Princeps
nullam omnino patietur civilem capitum diminutionem. Ad hunc
locum spectant omnes pene cōtroversię De potestate Principis, quas
prudens omitto, & ad futuram cōtra remitto, & ut dicendi finem
faciam, cum non ignorem quam sint hæc adversariorum calumniis
et invidiæ malevolorum obnoxia. Ad tuum me, REX Serenissime,
præsidium recipio. Hac tua si solers mens & divina probabit.
Censuram indocilis spernimus invidie.

Ubi Theses explicatae essent, eas impugnarunt,

PETRUS BRUSIUS, HENRICUS PHILIPPUS, Theologiz
THEODORUS HAYUS, IOANNES STRANGIUS, Doctores.

Et REX, cum eo vindice dignus nodus incidebat, ita docte interfatus
est & disertè, ut omnes (qui et plurimi et doctissimi interfuerant) audi-
tores in summam rapuerit admirationem.

TO THE KING'S MAJESTIE.

PROBLEMATICA
PHILOSOPHICA
CORAM REGE

In Aede sacrâ Andreana pridie id. jul. disputata.

Disputationi presidebat Joannes Wemesus Academiq
procancellarius, jurisq; in foro consistoriano præses.

Respondebat Robertus Baronius philos. professor.

ANDREAS BRUSIUS, ANDREAS SYLVIUS,

Oppugnabant DAVID MONROUS, PATRICIUS WEMESUS,

GULIELMUS MARTINUS, Philos. professores.

1. An solum regimen Monarchicum sit naturale.

2. An Mulierum & puerorum imperia licita sint.

3. An homodumine naturæ scire possit mundum à
Deo esse creatum.

4. An anima rationalis sit extraducere.

**ORATIUNCULA QVAM ANTE
disputationes habuit Praeses.**

Miremini forte, & a plurimis murmuratum iri non dubito; quod respondens iste, & ego, audeamus non mentibus confusi prodire, inque arenam descendere, cum adeo multis, iisq; exercitatiissimis athletis in arduâ hâc philosophia palestrâ con-gressuri; in spectatissimo doctorum virorum, immo amplissimo Serenissimi PRINCIPIS Præsulumque ac Procurum Illustrissimorum ei assentientium conspectu; quim noluerit, nec, ut est in Adagio, potuerit & ipse Hercules cum duobus in certamen ire; & justas temeritatis poenas luerit Icarus, quod nimium sublimia affectarit. Verum tamen nos solatur dispar factorum ratio: Herculi enim cum feris crudelissimis, coram novercâ Junone, coram immanissimâ Barbarie, coram infestissimo Rege Eurysteo; nobis cum mansuetissimis collegis, coram matre Academiâ, coram humanissimis Doctoribus ac studiosis, & coram clementissimo Principe IACOBO Præfules ac Proceres benignissimos habente comites configendum est. Robore corporis Hercules, mentis acumine Nobis contendendum: vitæ aleam Hercules, doctrinæ modò periculum nos subituri: non itaque sine summâ jacturâ Hercules, cum commodo etiam possumus nos superari, quod omnino nobis ignotum nos docentibus, quod obscurè cognitum est illustrantibus victoribus; ita, ut cum tantâ vtilitate vieti, nos quodam modo & viatori simus. Quod ad Icarum, à ruinâ sibi non satis carentem, cæratas illius alas torridus, xstivusque liquefecit Sol; temperata hîc sunt nostra luminaria: Neque enim ad supremam lucem illam inaccessam, cuius nos confunderet gloria coruscatio, curiosâ inquisitione aditum facere conabimur: Deinde sic statuimus opportere aliud audere, ut laudis aliud consequamur; Audendum est (inquit Poëta) timidi nunquam statuere trophaeum. Quin & tuæ Majestatis Rex platonice putâ qui philosopharis, tuæ, inquam, Majestatis, quæ tantâ omnium tam Intellectuallium sublimitate, quam Moralium virtutum excellentiâ usque ad miraculum nobilitatur, exigit extraordinaria hæc in hoc leco, ut vel cum periculo nostro experimur, quam si hoc verum

rum in magnis voluisse sat est. Neque vero animum despondeamus, mutuatiam a fulgentissimo præsentie tuz jubare lucem, cœlestemque penè influxum expectantes, quo juuenilis disidentix & dubitationis nebula omnis dispellatur; quodque in nobis desiderabitur, ne frustranea sit tua expectatio, suppleatur. Nam & jam audimus bonum quendam Genium nostris separatim votis accinere Homericum illud τηλιμοχ' αλλα μηδετελι οποιοι ρομαιοι, αλλα σι της Δαρειανης θωδοσιανης. Quare in sacro hoc loco, quem & sulpicamur immunitatem ab invidia præstiturum, de Philosophia respondere non vetebimur. Quod ut melioribus fiat auspiciis, felicusque procedat preciamur imprimis D'EUM omnis veritatis fontem, vt propter CHRISTUM Dominum nostrum per Spiritus sui Sancti gratiam, mentes linguasq; nostras ita dirigat, vt quæ illi suoque hîc vicario Regi accepta sint, vere ac convenienter proferre possimus; ad nominis ipsius gloriam, Regisque ac Regni decus: Deinde & te (Rex omnium Christianissime, veritatis quæ est secundum fidem Defensor, ac Musarum tutor, immo earum future, si interirent, parens) Tuo que hic Reip. Proceres, & Ecclesia Præfules ac Doctores clarissimos, rogamus, vt nobis abstrusa explicaturis adesse dignemini æquanimes, facientes audiendo vt vestra benevolentia nostram juvet industriam; Academia etiam magnificentum Rectorem, senatumque Academicum, & omnes alumnos adjuramus, vt ardenterbus apud D'EUM votis nobiscum decertent, quod donis ad peragendum dignè hunc actum necessariis famulos nos suos beneficè instruat. Tandem, vt vos alloquar, disputatores, celebres Philosophiae professores, sit quæsitionum collatio moderata, non ad viatoriam, sed enucleationem veri intenta, præsente tam crudito sagacique spectatore & arbitrio (REGEM dico Serenissimum, supremum omni in causa judicem) absint omnia malitia & ambitionis signa, & usurpetur quietum inquirendi genus, ne videatur non fuisse alius studiorum nostrotum finis, quam, vt artificiosa alii alios supplantatione subverteremus.



Rober

Robertus Baronius qui Theses propugnavit, ante initum certamen hanc orationem habuit.

Multi adsunt hodierno die, quibus audaculus & insolens homuncio videbor; quod in celebri nobilium virorum coronâ, in publico Philosophantium confessu, & quod omnium caput est, in conspectu Ter maximî, Ter doctissimi Imperatoris, ego ruditus & obscurus Philosophus hæc spinosa problemata vltro citroque agitanda suscepimus. Quis enim est, qui non verebitur audiente illo PRINCIPE, differere, qui statim à teneris vnguiculis cepit antiquorum Doctorum sententias agitare & perpendere, & quasi alter Hercules quæcunque occurrerant errorum monstra nodosâ suæ rationis clavâ ferire? Quis est cui non difficile videbitur illius Solis fulgorem perferrere, qui non in uno mundi angulo, non in uno hemisphærio, sed simul apud nos & Antipodas nostros, supremum cœli verticem occupans supera inferaque omnia quasi aurei jubaris splendore circumfundit? Prefectò illi norunt, qui me norunt, & in quorum gremium hunc animum frequenter effundo, me nunquam voluisse ad spei tam ancipitis auram antennas solvere, nisi omni exceptione major almarum Academiarum auctoritas, me multoties et frustra reclamantem, in hanc arenam, nullâ meæ ætatulae ratione habitâ, protrusisset. Potuerunt quidem illi quibus hujus Reip. literarię onus incumbit, ex tam frequenti studiosorum cœtu multos diligere, me & annis & eruditione grandiores, quibus hanc periculosaam provinciam demandarent. Verum quoniam respondentis partes magis quadrare videbantur in adolescentem aliquem, quam in Veteranos & palmarios philosophos: Ideo in amplissimo hoc theatro sociorum meorum plagiis, omniumque admirationi exposuere. Quoniam igitur alea jacta est, & in hac palestra pedem posui, vnde revocare non possum absque indelebili infamia nota, ad te confugio (Rex semper Auguste) te hujuscause judicem appello, te meæ tenuitatis vindicem imploro atque obtestor. Verum dum in sinum tuum convolant meæ Musæ, obstupescunt, hærent, non immerito dubitantes quos titulos tibi tribuerent, quo nomine, quo elogio compellarent. Si tibi igneum Aristotelis ingenium, si Tullianæ facundæ torrentem, si pulchras & venerabiles Maronis Musas tribucro;

si te

si te dixero feliciorem Augusto, meliorem Trajano, nemo mihi adversabitur, contradicet nemo, suffragante præsertim illa publicâ famâ, quæ hæc & alia multò majora de te in ultimis terræ angulis, in montibus, in desertis prædicavit. Sed tibi si felicitatem bellicam, si victorias, triumphos, opima spolia ascripsero; tibi, inquam, quæ nemo vñquam hostis ausus est aggredi, mirum hoc videbitur genus elogii, scd nis duntaxat mirum qui tuarum virtutum genium nondum cognoverunt: Tu enim revera ille vñus es miles (de sacra militia loquor) cui patria nostra debet, quod possit Romanorum ducum trophyæ vultuole despicer, cum contemptu nominare illa stupenda Italiz miracula Fabricios, Scipiones, Curios, Camillos

Et stantes in curribus, Emilianos.

Quid enim in Romanâ historia magis stupendum legitur, quæ illud, quod a Cæsare dictum est, VENI, VIDI, VICI? at nos Cæsar multò felicior, multo animosius, quum nondum (inquit) vel VENI, vel VIDI, VICI & TRIUMPHAVI. Vicisti profecto (Rex invictissime) vicisti illam Belluam Apocalypticam, illam purpuream Thaidem, illos Romanos Pontifices, omni ponte & tempestate feriores: vicisti sed è throno tuo non descendes, in alienam terram non comigrans, in ipsa Britannia contra Capitolinum Jovem, & tremenda ejus tonitrua bellum gerens, opposuisti mœnibus scleratæ illius Urbis tuas machinas in Musarum castris fabricatas, ad quarum ejaculations ipse Tiberis in suos fontes rediit, nutarunt Alpes, trepidavit Eridanus, ingemuit Apenninus. O præclaras, sed formidandas machinas, quæ possunt ex hoc altero orbe in ipsam Italiam, in urbem Romanam, in Cardinalem conclave, impetuosissimos globos torquere! O beatum illum Imperatorem, qui antiquorum Cæsarum cladem est vltus, qui Romani Imperii ruinam miseratus repressit infandam & plusquam barbaram illam pontificum crudelitatem! illum nihil revocavit, nihil deterruit.

Non anni domuere decem, non mille Carina.

Merito igitur de te, Sacratissime Princeps, gloriabitur tua Scotia, quæ olim metuebat vicinas nationes, metuebat remotas, & in seipso latronum omnia depredantium barbariem exhorrescebat; at nunc ita munita est tuâ præudentia, ut eam alii metuant, ita compita ut invideant; & quod nuper illi contigit, teneras suas sororculas Hebridas & Orcadas insulas jam potest in medio mari securre exultantes conspicere. Merito etiam te jactabat illa non minus speciosa, quam spaciofa Anglia, que impatiens illius amoris, quo tuam

tuam Celsitudinem deperit, quotidie clamitat,
Quis novus hic nostris succedit sedibus hostis?
Quem sese ore ferens? quam forti pectore & armis?
Ille meos equidem post fata ingentis ELIZA,
Mirificè inflexit sensus, animumque labantem,
Impulit: agnosco solita vestigia flammæ.

Finitis disputationibus sic peroravit Praeses.

Nunc ne feris bestias, in quibus residet senitus aliquis gratia voluntatis, videamus nos deteriores (nam ut asserit Plautus, Non solum improbus est homo, qui beneficium scit sumere & nescit reddere, sed etiam Impius quia naturam violat). Nostrum est modo nostrum esse queat, (debemus si possimus) debitas pro benignitate haec tua (Rex omnium benignissime) tibi gratias agere; Neque aliam permitit mercedem aut tua aut nostra conditio, Illius eminentia respiciet, hujus tenuitas subministrare non posset, Immo tibi fortunæ bonis redundant, ea & si nobis essent, offerte imprudentia esset, quod teste Isocrate, qui Principi aurum argentumve dat, non velle dare sed mercari videatur. Nos cum Socratis discipulo Aeschine non habentes unde persolvamus, gratiam habentes, nosinet ipsos dando, cumulatiore quam arca posset capere, mensurâ reddituri sumus; Et non relatae tibi gratiae (Rex optime) nulla esset excusatio, quandoquidem, ut dicit Hesiodus, Sicut super omnia mortalibus largientes bona, parvo tamen contenti sunt Thure. Sic maxima Principum beneficia vel minimæ grati animi significatione rependunt Subditi, adeo faciles sunt ut plurimum Principes, ut pote qui Dii humanis in corporibus hospites. Quare fidissima tuæ Majestati, Filia Academia (quam & eo nomine dignati sunt Reges antecessores) quantas corde concipere potest, ore profundit grates, augente quam hactenus habuit spem fronte ista serena, quam disputationes hasce honoravit Augustissima tua Majestas, quod constantem te semper habituræ sint Musæ tutorem & benefactorem. Atque ut sacræ tuæ innotescat Majestati, quam officiam id-

circo


cicro ipsa habeat, inque aliis favore sanctè promittat de te opinionem (gratiarum namque actionis est comes non inconveniens, eorum quæ de eo cui, aguntur, sentit agens, humilis & sincera declaratio) sic tuam alloqui Majestatem gestit. Imperator omnium maxime, puta qui tibi imperas, ingens enim non est imperium, quod vel Africæ vel Asiz, vel Europæ finibus terminatur, sed quod usq; eo protenditur, quod Sol ipse potest suo lumine peragrat: hoc autem possidet imperium is solus, qui nunquam in aliâ fortunâ est aliis, sed semper idem: cujusmodi es tu, cujus aucta feliciter dominatio nativæ tuæ gentis non diminuit recordationem: neq; mirum est sic affici eum qui seipsum noscens sui nunquam oblitione capitur. Tuam agnosco tibi divinitus datam esse potestatem summam, non tam quia naturæ consentiens est unius imperium, tam longâ ab Antecessoribus serie propagatum, alacrius semper subditorum applausu probatum, quam quia DEI solius authoritate fit Princeps; non valente populo, qui summam in seipsum non habet potestatem (neque enim in se eam habet quisquam) summam alii cuiquam potestatem conferre: vt licet plures forsitan modis sint, unus tamen sit Imperii possedendi titulus, DEI donatio. Ideoq; cum sis Tu, non hominum, sed DEI vicarius, DEI non hominum Imperio ac judicio te esse obnoxium profiteor. Eandem agnosco potestatem esse univeralem; vt scilicet quemadmodum et à Cardinale Aldobrandino dictum est, non bonum corporis, vt Medicus, non animi, vt Theologus, non fortunæ, vt Jurisperitus, sed haec solus tu Princeps univerla curare debeas, supremus cum Civilium tum Ecclesiasticorum negotiorum Rector, in moralibus quidem & Ceremonialibus mysticis cultuiye divino: essentialibus non nisi judex, DEO solo de iis Leges ferente definitivas, quarum vindicta & custos sit Princeps. In ceremonialibus autem tacticas quæ accidentales sint cultus divini circumstantiae, omnibusq; judicialibus tam ad Ecclesias quam Reipubl. regimen spectantibus etiam Legislator, quod ut adiaphora ex se, sed quæ exercitio apta fieri possint ad bonum morale media liberæ Principis auctorati relicta sint, ut proinde ne Clerus, in Ecclesiasticis ferendis legibus ut tibi consulat ascitus, à tuâ secundum eas inspectione atq; animadversione sit immunis. Sed hec clarius elucidantur in eo libro quem de Regio tam in Ecclesiasticis quam civilibus Primatu conscripsit procancellarius meus. Quâ itidem exercenda sit ea potestas, agnosco tibi donatam a DEO potentiam, virtutum regiarum instructissimam supellestilem, unde Religionem itâ sollici-

Tt

te curas

215 THE MUSES WELCOME,

tē curas; vt non solum te odio habeant verē Religionis hostes, sed iūs etiam terrori sis; Justitiam itā æquabiliter colis, ut te diligenter observantes, nihil aliud esse Rēgem perspiciant, quam animatam loquentemq; justitiam, & ad virtutes eas Reip. cuiusque columnas rectē moderandas, tantā fidei jurisque, imo doctrinæ omnis cognitione prædictus es, ut Rēgum omnium quicunque a Solomonis fuerint tempore sapientissimus, prudenter & doctissimus dici absque invidiā possis. Quām felix ergo Britannia, tibi quā paret, in quo concurrunt Divinitus data Rēgiæ potestatis authoritas, seu jūs, illius debitè exercendæ facultas seu habitus, & ejusdem debita operatio seu usus, quēmque tam raris insignivit aliis dotibus Regum Rēx, ut eas sigillatim omnes pro merito celebrare nullius nisi Regia tui-ipsius eloquentia potis sit. Te preciamur, Omnipotens D E U S, ut nobis & regno huic, imo vnitæ ex Regnis antiquissimis Monarchiæ diuturnum velis esse tantum in habendo tali Rege beneficium, nec patiaris ut ingratitudine nostra mereamur illo abs tē privari, sed facias, ut nostram prōpter illud felicitatem memori semper mente recolentes, æternas sanctissimo tuo Nomi laudes dicamus, & illi supremo tuo ministro proximè & secundum te sincero cum affectu obediamus, Rēgiæ illius soboli, quando tibi visum fuerit, (quod sero fiat) eum ad cœlos evocare, idem præstituri: Et a te (potentissime Princeps) supplices petimus, ut constanti nos favore & gratiâ huic simili prosequaris, cui idcirco, amplissimisque te huc comirantibus Ecclesiæ ac Reip. primoribus plurimum nos debere profitemur, & quam status noster Scolasticus dare, Tuusque Regius accipere poterit, relaturos semper nos gratiam pollicemur.



TO THE KING'S MAJESTIE.

21

HIS
MAJESTIE
BEING RETVRNED
S T E R L I N G
THE XVII OF JULY

On the morow deigned with his presence some Philosophik disputationes, which were ordered according to the subsequent narration.



Ant. 31. *De alijs vñtilis. Tit. 31.*



Quam REX Edinburgi præstituit diem Academiae Edinburgensem Thesibus quibusdam philosophicis agitandis distulit in xix Julij; co quippe dic Sterlini dixit, se futurum cum magnâ Nobilitatis utriusque Regni, & doctorum virorum frequentia. Ad dictum igitur diem Theses disputationi propositæ sic inscriptæ erant, & descriptæ.

THESES PHILOSOPHICAE.

Quas ad devotissimum obsequium testandum
IACOBO Magnæ BRITANNIÆ, FRAN. & HIB.
invictissimo, potentissimoque Monarchæ, eidemque
omnium totius orbis REGUM Philosopho ex-
cellenter proponunt Phil. professores in
ACADEMIA EDINBURGENA CO-
ram disputandas a.d. xix Julii
STERLINI.



Uot sunt relata, tot sunt correlata.

Quot sunt filii, tot sunt patres.

II. Veritas propositionis est adequatio & con-
formitas vocis significantis cum re significata.

1. Una propositio non est verior altera.
2. Principia demonstrationis non sunt
veriora conclusione.

III. Spontaneum est, cuius principium est in agente singulas acti-
onum circumstantias cognoscere.

1. Quae fiunt ex irâ, fiunt spônte.
2. Qui ex irâ quidquam mali perpetrat, non facit invi-
tus; nec lege absolvendus est.

4 Pri-

III. Primus Motor simpliciter immobilis est & immutabilis: ca-
teri Motores à Primo pendent, & reguntur omnes.

1. Licet supremus Magistratus omnino immobilis & im-
mutabilis sit, expedit tamen, vt inferiores Magistratus
aut ad tempus aut taxat definitum praesint, aut pruden-
tiae formatoris & servatoris Reipubl. relinquantur.
2. Inferiores igitur Magistratus non debent esse hereditarii.

V. Omne movens Physicum, dum moveat, moveatur.

1. Cùm paries maneat immotus, pilam reflexam non di-
cemos à pariete, sed à projiciente reflecti.
2. Impulsus factus in aëre manet usq; ad finem reflexionis.
3. Inter motum directum & reflexum non mediat quies,
sed primum non esse motus directi, est ultimum non esse
motus reflexi.
4. Uterque igitur est unus numero motus, & continuus.
5. Si pila sursum projecta, à fornice reflectatur, in eodem
numero motu erit & ascensus, & descensus.
6. Ascensus & descensus non semper sunt motus contrarii.

VI. Nullum mobile utitur eodem puncto, vt principio & fine actu,
ita vt ad id accedat, & ab eodem recedat, nisi in eo requiescat.

Lapis etiam maximæ molis vi sursum delatus, priusquam
terram versus regredi incipiat, in aëre quiescit.

VII. Decuplum aut majorem oportet esse aërem ex quo portio a-
qua conficitur.

1. Spatium subterraneum non reperitur, in quo tantus
contineatur vapor, qui fluminibus & lacubus gigiendis
sufficiat.
2. Etsi non careat probabilitate minores quosdam fontes
& amnes in quibusdam terræ partibus ex vapore nasci;
absolute tamen afferendum est amplissima flumina &
fontes à subterraneis aquis e mari oriundis provenire.

VIII. Omne quod videtur est lux, vel color.

1. Species objecti non videtur.
2. In speculo non videtur imago objecti, sed ipsum objectum.
3. Sol igitur pari ratione infra Horizontem existens à no-
bis interdum videri potest.

IX. Duo aut plura illuminantia majorem Sphaeram activitatis il-
luminant, quam singula scorsim.

T & 4. Si du-

THE MUSES WELCOME,

Si duæ, imò mille lucentæ accendantur, vnum tantum numero lumen in ære intermedio producunt.

X. *Omnia corpora gravia ex quocunq; loco in terram et aquam demissa similes semper et aquales angulos faciunt in terrisque superficie.*

1. Necesse est ad centrum magnitudinis, quod idem est gravitatis, ferantur.

2. Terra igitur & aqua sunt concentricæ, vnumque globum constituunt.

XI. *Veritas rei est ejus conformitas cum suo Archetypo, seu prima mensura.*

Ergo veritas rerum erit conformitas ipsarum cum intellectu divino, seu cum suis rationibus formalibus in mente divinâ.

XII. *Ex aet. tunc r. tunc, tunc n. tunc dñm. Met. lib. 2. cap. 1. Ut*

conumquodque est, ita est & verum, si non p. r. Rerum aliæ aliis sunt veteriores.

¶ Disputatæ sunt in Capellâ Regia ab hora quinta vespertina in octavam sine REGIS fastidio.

Præsidebat IOANNES ADAMSONUS.

Respondebat IACOBUS FAYRÆUS.

Opponebant PATRICIUS SANDÆUS, ANDREAS JUNIUS,
JACOBUS REIDUS, & GULIELMUS REGIUS.

Philos. prof.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Vd ab Arenis nomen habeam, dignissimè Preses, ideòne me primum in Arenam hanc vocas? Evidè quidem, & argutè id à te dictum non inferior: mihi tamen hoc quicquid est nominis argumento potius esse debet, quò minus in Arenam tam nobilem me temere protrudam. Quid enim in philosophicis opera precii praestare poterunt, coram Rege omnium. *Nec opus erat, sibi nomen, Arenae* conaborne ego soli lumen, aut cœlo sidera inferre? Tamen, quia Sacratissimæ Regis Augustissimæ Maiestati visum est, amplissimo presentiæ suæ splendore gymnasin hanc, quam molimur, illustrare, & tam benignam terribilium aurum copiam nobis facere, impositam subterfugere provinciam religio est: iacta alea est; periculum facendum, etiam cum nominis periculo. Tu tantum, REX Aug^{mc}, cœptis. — Aspirato meis. — Ingenium vultu statu cadij^g tuo. Quoniam vero Respondens, ut præ se fert inscriptio, Theses aliquot Philosophicas proponit exagitandas; philosophia autem notitiam veri & boni sibi propositam habet; ideo duas selegi theses, quas impræsentiarum ventilem; unam de vero, alteram de bono: de vero, quā queretur utrum propositio una sit verior altera; de bono, sed civili, quā de Magistratis inferioribus, an debeant esse hereditarii. Sed an hominem privatum, & impolitum coram Rego omnium *magistratus* de magistratum in politiâ iure disceptare? delirumne phormionem, qui pugnæ nunquam interfuit, coram Hannibale de ordinando exercitu differere? Dabit, non dubito, Rex clementissimus veniam disceptatoris non iudicis partes suscipienti. Submissa inquisitio penes alios; *avertitur*, iudicium penes Regem esto. Nec æquus quispiam rerum estimator disquisitiones politicas ad lineam & limam censembit revocandas: hæc enim mathematicæ sunt *æquitas* quam res civiles non admittunt: quum ut inquit noster Aristoteles, lege potius, quam naturâ constare videantur: ego *xard rēs mōlīrēas quod* in iis versari conabor, argumentis tamen, non tam à lege, quam à naturâ petitis; ut enim apud Jurisconsultos est ratio non tantum civilis, sed etiam naturalis; ita & apud philosophos *dirigor* aliud *egi rōmēas* aliud *φυσικον*. Et quamvis Rationes de actionibus *ex*, quæ in genere universo versantur, inaniiores sint; quæ in particularibus veriores; REGIS tamen optimi & æquissimi *τελεία τελεόδοσα τές καθέτη λαγες; μέτροι*. Summam manum disputationi jux his verbis Sandæus imposuit. Hæc habui, quæ de Vero, & Bono, pro temporis angustiâ, et eorum

rum naturâ differerem; in quibus, si quid operæ precii; si sacratissimis Augustini Regis auribus aliquâ saltem ex parte satisfecisse me intellexero, mihi in eternum gaudeo. Quid enim? si, ut ait ille, *Principibus placuisse viris non ultima laus sit*, quid tanto, ac tali Principi?

Cujus in Scepro Themis, in labellis
luteis, in fibris, in rubeis, in Suada; sub fibris Sophia medulla,
in rubeis, in fibris, in Suada; Cujus in vultu Charis, in recessu
frontis, in fibris, in rubeis, in Suada; Entheus ardor.

Andreas Junius in palæstram prodire jussus, sic præfatus est.



Iscepaturus de motu & quiete in bivio est animus utrum ante initiam disceptionem moveri debeam, an quiescere; cloqui, an silere: quiescere & silere suadent timor, pudor, conscientia infantia; moveri et eloqui officium. Et quidni omnia postponenda sunt officio in Patrem Patriæ, & matrem Academiam? et quem officium urget ad loquendum, nonne ei silentium displicere necesse est? certum est ergo loqui, non silere. Sed dum meloquutur polliceor, nemo arbitretur mihi in animo esse Milesiâ illâ, delinificâ, & ad aures compositâ oratione audientiam captare. Loquentiam spondeo, non eloquentiam: Loquentiam dico, non loquacitatem: malo enim in me eloquentiæ desiderati, quām loquacitatem reprehendi. Loquentiam, inquam, spondeo Dialecticorum, pugno contractam & concisam illam; non Declamatorum, explicatam & perpetuam: nam, quod munieris nostri est, disputationes dialecticæ, non oratoriæ declamationes à nobis expectantur, expetuntur. At, ut ineptientis est, inquires; *Alcinoo* poma offerre, & *Crœsum* teruncio ditare velle; sic hominis partum consulti videtur philosophicis velitationibus REGEM oblectare velle totius philosophiæ consultissimum, in quem & Natura & Sophia omnes suas vires certatum effuderunt. Sed qui me minerit etiam summo *Fori*, quem penes sunt omnia, modico farre vel molâ falsâ litari, mihi æquior futurus est; & cui perspecta est REGIS optimi benignitas, apud quæ obedientia sacrificio præpondérat, videbit hinc nihil præter decorum prestari, & officium. Disputo igitur, & adversus sextam Thesin, quæ est de Motu, disputo. Et quamvis Philosophi uno ore omnes profiteantur, Omne quod movetur super immobili moveri, argumenta mea omnia super motu movebuntur.

THE MUSES WELCOME,

Jacobus Reidus in certamen vocatus, his verbis est
præfatus.

Uem oculum lucidissimus ille mundi oculus
irradiando non perstringeret? Quam lucem
Phœbi in ipsâ meridie radii non obfuscarent?
dum splendorem sacratissimæ M. T. intuemur,
Ecce tam resplendens, tamque divina Lux, &
vultus, & animi tui subito nos circumfulget; ut
mirari non sit, si nos in tenebris, aut certè in opaco, & sub um-
brâ priùs semper delitescentes, tantâ nunc circumfusa luce, statim
ante velitationem turbati & attoniti concidamus. Insolitus hic
splendor M. T. que in tam illustri Nobilium corona tanquam
sol inter sidera radiat & irradiat, lucet ac illuminat, oculos Philosophorum
facile præstringit: mentes tamen percellit magis jubat
illud, & vis verè entheo mentis tuæ, quâ in omnium rerum tam
divinarum, quam humanarum scientia ita præcellis, ut in Regiâ
Majestate ipsa etiam Philosophia meritissimè primas obtineat. Qui
igitur tantam lucem, Solis etiam multò illustriorem, tenuis hæc
nostra ferre potest? nam qui directo obtuitu. Solem adspicere non
sustineret, oculos avertere posset, aut umbram querere: sed lucem
Mat' tuæ, quæ in mentes vsq; penetrat, nec aversio oculorum,
nec ullius corporis umbra divertet. Actum igitur hæc nobiscum
esset, nisi ab hoc metu Regis nostri, in quo omnia regiè insunt,
liberaret humanitas, per quam, velut speculum bonitatis suæ, omnia
nostra intuetur: ut splendidissimus nunc Majestatis fulgor non
amplius torreat, sed foveat; non terreat sed animet. Et certè ve-
reor, ne apud posteros tantæ humanitatis fides laboret, que tot su-
prâ infraq; seculis æmulum, & heredem non invenit, non inveniet.
Hic itaq; jam triumphus est noster, hæc gloria nostra, quod
optimus ac illustrissimus Princeps pia suorum temeritati annue-
re non dignatus est: nobis hæc Laurus omnibus trophyis, tra-
beis, virgis, corollis potior

Questio celeberrima de fontium & fluviorum fonte ac scaturig-
gine Thesi YII determinatur. In illam autem scaturiginem &
fontem nostræ disputationis rivuli primum sese recipient.

Guliel.

TO THE KING'S MAJESTIE.

Guilielmus Regius descendere iussus in arenam, hæc
iussus est præfatione.

Eminem spero mihi sponte iratum fore, si de
spontaneo & tra disceptavero. Vix sponte hanc
provinciam suscepit, quippe conficius infirmitatis
meæ. Sed Regio mihi, & Academico obsequen-
dum est REGI, & Academiæ. REGIS ego iram
deprecor juxta & Academiæ, si nec Regis, nec
Academiæ expectationi satisficerò. Quid iram deprecor regiam?
imò Sacratiſſime tue Majestatis singularis in bonarum literarum
cultores humanitas confidentiam mihi imperat, favorem pollicet-
tur. Dabo itaque operam, Augustissime MONARCHA, ne vel in
longum protrahatur disceptatio, vel, quod minus ad argumentum
faciat, afferatur. Obnixè rogans Majestatem tuam, qui ho-
minum merita non tam ex opere pensitas, quam ex animo, ut
quod à me hæc præstabitur, æqui bonique consulas: et quemad-
modum, quicquid id futurum est, ab animo in omne officium
propenso proficietur; sic obviis benevolentiae vlnis amplecti velis.

In omnibus fere disputationibus REX est interfatus ubi quis nodus incidebat perplexus & plane-
Hercules, quem tamen REX non dissecabat, ut Alexander Gordium illum nodum, sed explicabat &
exodabat aperte, ita vero dissecabat, ut eorum, qui etatem in literis consumferunt, vix cūquæ cedere
videtur, vel acutissime in inveniendo, vel prudenter in judicando; vel in explicando qua sentire copia, facili-
tate, grauitate.



230 THE MUSES WELCOME.

Finitis disputationibus his verbis *Præses* peroravit.

 Um alii aleis, aut pictis chartulis configunt,
 aliisue ejusdem farinæ ludicris oblectantur;
 non tempus, vt venditant, sed seipso fallunt;
 vitum est REGI sapientissimo ingeniorum huic
 conflictui intercesserit; ut à gravissimis tergeminorum
 curis Regnorum, quibus nuncquam non
 intendit, animum remitteret. O Regem, rarum & salutare subditis
 exemplar, non agendi modò, sed & otiandi; cui nulla ne cessa-
 tio quidem placet, nisi qua, vel ad animi, vel ad corporis vires
 conduceat reparandas! Et habet nunc philosophia unde glorietur:
 nec enim, ut antè solita est, jactabit amplius *Tiberium* & *Claudi-
 um Casares* circa scholas & auditoria philosophantium assiduos
 fuille; nec *Magnum illum Pompeium*, è bello *Mithridatico* ut victor
Romam veniret, fasces illos laureatos privatis philosophantium
 januis submisit; nec majorem Pompeio, *Magnum illum Alexandrum* acromaticis scientiis, quam Sceptro præcellere maluisse:
 sed gloriabitur impostorum philosophia, & *Casaribus* illis, et *Magnis* istis multis nominibus majorem *Magnum Magne BRITANNIAE MONARCHAM*, non solum congregatus philosophicos clari-
 ssimam Majestatis suæ præstantiam multoties ornâsse, sed etiam cum
 ipsis professoribus congressum se philosophorum coryphaeum de-
 monstrâsse. O justam philosophiae superbiam! O dignam Rege
 gloriam! incertum enim plusne Rex philosophiam, an Philosophia
 Regem decorârit. Sed ad laudem professionis philosophicæ hie
 à me dicta sùt. Nam Regi per totum terrarum orbem virtutum om-
 nium radiis longè latèq; splendescenti præconiis nil opus est nostri.
 Quapropter, ne sacratissimas Majestatis aures longiore orationis pro-
 telo videar fatigare, ad veniam petendam, & gratias agendas me
 converto. Veniam petimus, Augustis^{me} REX, si quid hîc à nobis de-
 lictum sit, aut si non fecimus satis expectationi tuae. Nos sanè agno-
 scimus, et profitemur ingenuè, nihil à nobis hoc tempore profectum
 esse, quod vel dignum sit auribus tuis, vel par sit votis nostris; auri-
 bus politissimis, votis ardentissimis. Sicut enim qui è tenebris ad sole
 subito educuntur, iis oculi præstringuntur; sic juvenibus evenit
 ex umbraculis scholasticis in tam splendidæ Majestatis lucem pro-
 deuntibus, caligat mentis acies, & animi percelluntur: nec enim
 habemus aquilarum oculos, ut queamus auro dulcissimo, & ad-
 versis oculis intueri solem tam splendidæ Maiestatis.

Gratias

TO THE KING'S MAJESTIE.

231

Gratias autem agimus, & nostro nomine, quibus audiendis tam
 patientem aurem accômodasti, & nomine Academie Edinburge-
 ne, quâ n tam clarâ istâ luce æternum illustrasti: & precibus à
 Regum illo R E G E supplices contendimus, ut Imperium hoc tuū
 perpetuum sit tibi, & stirpi tue, ad Dei gloriam, vestrum hono-
 rem, & publicam populi salutem.

Post disputationes R E X dum suo more copiam produceret mulieribus, lepidis, ac doctis illis quidem
 dñe li-caria & universa Philosophia Sermonibus, inter alia quid amissus haberet super disputationis negotio
 explicavit, & non illepede luſti in singulorum actorum nominibus. Ipsa autem Regis verba, ut fidelitera quo-
 dan adhuc un rythmo vulgari comprehensa sunt, hic in eere vult uult.

As Adam was the first of men, whence all beginning tak:
 So Adamson was president, and first man in this Act.
 The Theses Fair-lie did defend, which thogh they lies contain;
 Yet were fair lies, & he the latne right fairlie did maintein.
 The feild first entred Master Sands, and there he made me see
 That not all Sands are barren Sands; but that some fertile bee.
 Then Master Young most subtile the Theses did impugne,
 And kythed old in Aristotle, althogh his name bee Young.
 To him succeeded Master Reid, who, thogh reid be his name,
 Neids neither for his disput blush, nor of his speach think shame.
 Last entred Master King the Lists, and dispute like a King,
 How Reason reigning as a Queene shuld anger vnder-bring.

To their deserved praise haue I, thus playd vpon their names:
 And wil's their Colledge hence be cal'd the Colledg of KING JAMES.

Hos versus variis latinos fecerunt, ex quibus tres sequentes versiones non inclegantes placeat adscribere.

Primus ADAM pater est hominum: certamine in isto
 Primus Adamsonus munera Præses obit.

Inde καλοφυδις tenuit problemata καλης,
 Ut specie Juveni, re tamen apse καλη.

Primus Arenam intrans steriles cui nomen Arenæ

Quod sterilis non sit omnis Arena probat.

Junius inde Theses docte & subtiliter urgens,
 Arte in Aristotelis se docet esse Senem.

Succedens Rubeus sic dicit, disputat, instat,

Illius immerito ut purpure ora rubor.

Regius extremum claudens regaliter actum

Differit ut præcepis debeat ira regi.

V us

Aliter

232 THE MUSES WELCOME.

Lus ego; gymnaſtaq; ſuo dignatus honore,
Gymnaſium tituli dignor honore Mei.

D. PATR. HUMIUS Atonius, eques.

ALITER.

Primus Adam pater est, humana & gentis origo:

Ductor Adamfonus prae in certamine primus.

Tendit uedoxalos fulſit zetemita xalos:

Dumque xalos fulſit, rā uā xalos xalad ptearā.

Ingenii fœcunda boni dum germina promit,

Primus Arenus fœcundas fuardet Arenas.

Junius insequitur, juvenis cognomine: sed ſe

Effē ſenecim magni Stagiritz oſtendit in arte.

Quod ſi vel Rubei ſpectentur verba, vel artes;

Non opus eſt parvido ſuffundat ut ora rubore.

Regius hinc validis turges regaliter armis

Vt Regina feram ratio ſibi mancipet iram.

Ludo, ſed ut laudem; jubeoque Academia tales

Nacta viros cluat hinc IACOBI nomine REGIS.

G. B.

ALITER.

ADAM primus erat generis mortalibus author:

Primus in hac Sophis cluis, Adamsone, paloſtrā.

Lemmata Falsi-decor tutariſ cuncta decore,

Lemmata, falsa licet, monſtravit cuncta decora.

Primus Arenus mediā ſe ſiftit Arenā;

Fœcundasque dari docuit me primus Arenas.

Proximus insequitur Juvenalis nomine, at illum

Abdita Aristotelis Veteranum dogmata monſtrant.

Inde Ruber; mentis ſi ſpeſtes dona, vel orti,

Non eſt quod tingat rubor illi decolor ora.

Vltimus urgetat Regis cui à nomine nomen,

Vt Regat inſtranem ratio regaliter iram.

Quid vetat ut ludens laudem; jubeamque Lyceum

Sortiri eternum noſtro de nomis nomen?

N. Uduardus.



TO THE KING'S MAJESTIE. 230



+Ex REGIS Elogio hoc, qui ſequuntur, verſus ſcribendi anſam arri-
puit Patria Sanderus.

ARENA FERTILES.

Vobis mibi fœcundas indulges nomen Arenas,
Dum micat ingenii parva favilla mei; (ceps,
Quas tibi perſolva m grates, diſ proxime Prin-
cipi me qui laudas quod bonus ipſe creas?
Si quid enim fluxe pōſſunt, mihi nomen, Arenas;
Si tibi quid grata fertilitatis habent;

Minneris omne tui eſt: à ſacri lumine vultus
Mens calet, & Numen ſentis addeſe tuum.

Hoc perculta uno eſt; una hāc ſtupet anxia curā,
Luce quod eſt Phcebi mox vidiuanda ſui.

Te viduata, cheu, quā ſe ſolabitur areæ?
Quis laudem indulga fertilitatis alet?

Spes ſuper una illi eſt, ſacro ut, REX optimè, vultus.
Sentiat & verbo numen inneſe tuo.

Fœcundam dicis; fœcundam redde; ſtudebit
Grata memor Domino germina ferre ſuo.

Non ſint tintæ mihi, te judice, pectora nullis
Artibus: hac genii eſt gratia larga tui:

At male cum grata longum eſt luctamen arena,

Diffluo, & ingenio non fruor ipſe meo.
Et quid arena ferat ſi diffluat? adieſ calcem,

Forte ſtruam fama fanata superba tuo.

Jupiter eſt Ammon nec delignatus Arenas.
Nomen, Areñosis nec ſacra facta locis.

Seque Ammone ſatum voluit Pelleus alumnus:
Dic̄tus ab Ammone eſt nobilis ille Sophos.

Nomina conueniunt: ſi non ut Jupiter Ammon,
Non ut Alexander, ſimuelus ille Sophos.

Dicitur auriferas Pactolus roſerve arenas;
Has Tagus, has Ganges, has tua Glotta romit.

Sida-

Si dabis auriferas ut censcar inter arenas,
Sicque fruar tituli fertilitate novi;
Delphica vaniloqui ridebo oracula Phœbi.
Oraculum est verbum, Phœbe Britanne, tuum.

Ostentent phaleras alii; mibi carmina pugno
Clausæ placent; pugno hâc, REX, ratione brevi.
Prima prius cecini; ceciniq; hæc ultima: primus
Rex mihi Mæcenæs, si placet, esse potes.
Jam placebo, atque potes: placeant foecunda necesse est.
Concludat genii gratia larga tui.

AD ACADEMIAM EDIN-

BVRGENAM DE DIE & NO-
mine, quibus à REGE illustrata est.

Prima tribus Regis fulgens lux aurea natis
Mensis ab undecimā bis ea quarta fuit.
Hæc Rex ipse pater dias in lumini oras
Prodidit. Heroas tot dedit una dies!
Quattuor una dies mensis, seclū unius omnes,
Stirpis Vt unius protulit una dies!
Hæc quoque jam patriæ liberæ te, Academia, patri;
Regi. Vt est laudis conscia facta tua;
Dum Regalis apex, submissis fascibus, altum
Exultit eloquio teque, tuosque suo.
Quo te fata vocant? quo certas tenderat? Regis
An quoque cu natis, annumeranda ventis?
Ambitio a nimis molunina tanta videnti
Jure queant, Regis ni velit almus amor.
Sed prævenit amor: Rex charam charus adoptans
In Natam nomen iussit habere suum.
Tetanto dignam studeas præstare parente;
Vtque debet nomen te officiosa geras;
Vt Regale ornat te, ruates spondeo, nomen;
Nomini Vt ornamenti consona quaque feres;
Regis Vt ut mensem tuus excipit ordine mensis,
Regali à sorte Vt lors tibi laxa fluet.

PRO REGIIS PROFESSORIBUS AD REGEM.



Vicquid homo statuat, statuunt quod Numinæ fiet:
Testis Edinea gymnas ista schola.
Dicta dies alia est; vetuere ac numina; natæ
Regis Regalem constituerem diem.
Dictus Vt est locus alter; Vt hic constancia, natæ
Regis Regalem constituerem locum.
Nomine dumque alio gaudes, Academia, Rex te
Nominis illustrem fecit honore sui.
REGIA te exornant, nomen, tempusque, locusq;
An desit cathedris Regia lingua tuis?
Doctorumque hominum vox professoria, dono
Regali in seros continuanda dies?
Eterno primi cum fundatoris honore
Qui seculo accendens lumina clara suo,
In seros curans quoque transmittenda nepotes
Cum praesente simul secula futura beat.
Quâ pietate cluis, te obtestor, maxime Princeps,
Nomines ut placeat sic meminisse tui;
Sic natæ meminisse nove, cui pignus amoris
Indulsti hoc patrii nomen habere tuum.
Nomine ut ornasti, da catena: supplicat ipsa,
Vt natam agnoscis Dote beare velis.

Gloria sit primæ se IACOBI nomine primi
Claram esse; attollatque hoc patre in astra caput.
Tu pater es nobis (IACOBE ònumine major,
Et prior) Vt nostræ gloria prima Schola.
Quo cluat usque dedit tua nomen amabile lingua:
Da Vt linguas, nomen queis cluat Vtque tuum.
Auxerat ille opibus natam, non nomine: nomen
Tu dederas natæ: fac comitetur opes.
Vt primo quæc prior es tu, numine, tanto
Major, alac Natam gloria, Magne, tuam!




236 THE MUSES WELCOMS.



THE
KINGS MAIESTIE CAME
TO
G L A S G O W
THE XXII OF JULY

Where at his Majesties entrie this subsequent speach was
delivered in name of the Citiie, by Maister

WILLIAM HAY of Barro, Commissar
of Glasgow.



TO THE KINGS MAIESTIE. 237

If my Eloquence were in the smallest proportion answerable (HIGH and MIGHTIE PRINCE) to the glorie and brightnes of your vertues, and to the pompe and splendor of this roiall assemblie, & staitlie throng; then might I haue most certaine hope to performe this task which by the most reverend Prelat & Citizens of this your loving Citie is prescribed unto mee: but knowing al that is in mee humble and weak; and seing euerie thing heere about mee magnificient high and glorious, I am become like one tuched with a Torpido, or seen of a VVoulfe, and my words, as affrayed, ar loath to come out of my mouth: but it shallbe no dishonour to mee to succombe in that for the which few or none can be sufficientlie able. What Orator either of the old world, or of these after-tymes were accomplished enough to speake before so Excellent and learned a Prince? and can condigne manifest the vnmeasurable happines of this triumphing day? Had I as many tonges as there bee heere eyes which gaze vpon mee, and if euerie one of them shold flow with as deepe a torrent of eloquence as either that of Demosthenes did at Athens, or that of Tullies at Rome, they were all but vnworthie to performe this first office, and all too too few for that last.

O day worthie to bee marked with the most orient and brightest pearles of Inde, or with them which that enarnoured Queen of Nile did macerat to her as valorous as vnfortunat Lover? O day more glorious (becaus without blood) then that in which at the command of that imperious Captain the Sunne stayed his course, & forgot the other hemispherie? Thou hast brought vs againe our Prince by three Diadems more glorious than hee was in that last day when with bleeding harts and weeping eyes wee left him. Those who never looked on our horizon, but as fatall comets, nor ever did visit vs, but heavie with armes, and thirstie of blood. Thou O day, as benigne planets, freinds, and compatriots bringest vnto vs.

But if wee owe so much vnto thee, ô day, what ar wee owen to him who made thee? faire lamp of the world, this day is none of thyn: but, Mightie Prince it is from thee that we enjoy it. For were not by thee wee had still continued in our old cimmerian night, a night of discord, hatred, envye, a night of civile broyles, mischefe

blood, a night in which all the *Furies* did walk, a night only enlightened with horrible Meteors, lightnings, dragons, lances, thunderers of warres. It is by thee, great KING, that both this darknes, and our old name begin to be abolished; and from thyne aspect and dayes it is, that our happines heere below doth flow.

Honorable and worthie Auditors stay your minds and eyes a while with mee, and contemplat heere the onely *Phanix* of the world. Heere is that great peace-maker, and composer of our mortall, no, immortall warres: behold the man, who what nether by wit, nor force, nor blood, could bee performed hath accomplished, *made a yock of Lyons, united two the most warlike nations of the world.* This is that King whose birth was so long foretold by these ancient *Rimors, Beads, and Merlinies*, the end of al your prophecies: to see whose happy dayes our credulous forefathers so earnestlie wished, and vehementlie did languish. Heere is a patron of all vertue, a scourge of vice, either a danter, or extirper of wilde barbaritie: the innocents guard, the orphans father, the rich-mans securitie, the poore mans wealth, your tric ~~excess~~, and diverter of evils. Heere is a Prince in whome there is verelie to be found moe vertues & mote worth, then all those which *Guevara* did faigne to bee in his *Marcus Antonius*, or *Xenophon* in his most excellent *Cyrus*: who althogh hee were not yours, yet hee could be no otherwayes looked vpon by you, the with the eyes of loue & admiration. Hee is amogst the Princes of his tyme, as the gold amongst the mettals, the diamond amogst the gemmes, the rose amongst the flower's, & the moone amongst the starres. His vertues breath such a sweet aire thorugh all the climats of the world, as roses wold doe if they did grow in the skie. Now I am no more in a maze why the sunne draweth so admirablie the *Lotos*, the load-starre the load-stone, the load-stone the Iron, the amber the chaffe, sith his vertues so far haue that attractive power, that the remotest Nations not onlie loue them, but wish that his happy government were over them.

O Prince no lesse wise then learned, learned then religious, religious then humane, who wold rightlie praise thee should haue thyn owne eloquence, thou deservest more to bee crowned with Bayes and olives, then that first and greatest Emperour, who to this joyfull moonth hath given this name; thy victories ate without blood, and thy conquests all loue and peace. Who wold compare this thy reigne with these reignes of thy predecessors shuld find

find such difference amongst them as is between blustering tempests and gentle calmes, rough winters and flowrie springs, delightsome health and devoring seiknes. Thrice happy Isle, without that hath so stronge a guard as the *Ocean*, within so wise a Governour, as this King! The sunne who maketh the round of this earth everie day seeth no bounds so happy as thyne, and of this Isle seeth no place now comparable to this Citie.

Upon whose citizens from the highest top of all greatness, honour and worth wouchaife (Sir) to looke: who thogh they glittter not with gold and precious stones, yet doe shyne with loyaltie and obediance, and thogh not with great Rhetorick & Rurilring of words, yet with their countenances, gestures, acclamations, claps of joy, doe testifie, and giue evident signes of that abundant gladnes, which possesse their harts for this your happy returne. In which thogh there may bee (perhaps) many foyld who haue equalled them; yet there shalbe none that can goe before them. I Ihuld heere relate how farre this Citie is engaged to your M. progenitors, if thole dueties which it oweth to your selfe did not mak all the former lesse; the restoring of her Archibishops seat (by the violence of opinion almost abolished) the confirming of her ancient priyiledges, the beautifying her with a seminarie of religion and learning: And I shuld tell, how many reasons your M. had to loue this Citie, if they were not more then evident to all who either know vs, or our historie.

Incense was of old offred in the Temples for a token of thankfulne & humilitie of humane minds, and that men shuld know how that all they could offer to heaven was of no more worth in it selfe, then is a little smoake. So doe wee confess to be all that wee doe or can doe to your M. Alas all that can proceid from vs can in nothing answer that which your merits deserves of our gratitude, and that our gratitude oweth to your merits; for the hight of it can bee but perpetuall remembrances of them, loue, and true obediance to you and yours, the *Gemini* which are the ascendents of all loyall subjects; earnest prayers to heaven for the enlarging of this florililing Impyre with the continuing of your long and happy reigne: which whil we enjoy any peice of reason, of sense, of lyfe, of being, shall never be vnregarded, no, shal ever bee devotie obserued of vs.

Regi

240

THE MUSES WELCOME,

REGI TRANSEUNT,
Academia Glasguensis nomine,

Hanc salutationem dixit Robertus Bodius a
trochoregiâ, Academie Primarius.

Sicut Sphärâ sua descendenteret, nobis se propitis admoturus ille mundi oculus, qui vitam lúcemq; rebus hinc terrenis impertit, non latitudinem & frumentum, sed luctum potius lachrymasque secum affret, nec faustis ac festis applausibus, sed fletu potius ac tumultu omnia completeret, miseros mortales nimia iua propinquitate torrens simul ac terrens, quod & sub Phaeonte olim accidisse veteres poëte fabulantur; Atqui non ita, R ex Augusto, quem Britannæ tuae Solem unicum, quæ, secundum D E U M, florentis hujus Imperii lumen & columnam jure merito profitemur, non ita de Serenissimâ tua Majestate rem esse, testis inter alias hodiernus dies, tua quo propius datur oratueri, immo temet coram & communius affari; dies, quo nullum vñquā nobis latitorem, clariorem, optatiorem illuxisse, vel nobis tacentibus clamat hic Civium gratulantum. Ixanthiumque concursus, hec subditorum tam lœta ac festa Panegyris, ad Principem suum videndum simul & audiendum *Oxon. 2d. 2001. Iov. 19. 1700. 1701.* auribus pedibusque, inquam, ex æquo certantium, irruentium, irrumperentium. Quum tuae Majestati vñsum est, è tuo Palatio, Regiaq; Civitate, velut è Sphärâ quâdam sublimi descendere, Präfulum Procerumque Coronâ splendidissimâ circumsepta, tanquam radius totidem ex tuo corpore, quaquaversum promicantibus, vt cæteras amplissimi tui regni partes præsentie tuae splendore propius illustrares, quocunque Sol hic noster amèissimi sui vultus lumen circumulit, subditorum suorum animos exhilaravit sola ejus appropinquatio, eosdem autem incredibili gaudio replevit, immo extra se raptavit, exoptata præsentia; quod quidem ipsi & corda dilatavit & ora reseravit, partim in laudes & gratiarum actions, partim in vota precesque pias pro tuae incolumente conceptas; hunc adventus tui felicis effectum senserunt ante nos insigniores illæ Civitates, provinciarum suarum Metropoles, quæ te transunter

TO THE KING'S MAJESTIE.

243

uintem exceperunt, quasque dierum aliquot morâ Majestas tua nobilitate dignata est; hunc eundem post alias Glasguæ tua persentiscit; Glasguæ, et si nec opum copiâ, nec ædium splendore, nec incensum ambitu, nec civium dignitate conspicua, erga te tamen, obsequio, fide, summisque devotionis affectu, nulli cessura tuarum; quin, ut illud omittam, gloriandi ingens Glasguensis argumentum, quo divinâ quâdam dispensatione Glasguæ sibi vindicat, si non ortum ipsum, at certe auspicata vite tuæ primordia;

*Quæ gremio complexa suo est, cùm Matræ in alvo
Occulereris adhuc, Mundi hoc sublime priusquam
Te jubar aspiceret; reliquæ interque Britannas
Munere tam raro tantum caput evehet arbes,
Humanos inter quantum caput eminet artus;*

Vt illud, inquam, omittam, hoc ipso non paucis aliârum invi-denda, quod per te illo fruatur, quod sub te ab illo regatur An-tistite, quem ut præsens ætas colit & suspicit, ut Patriæ decus, Ec-clesiae munimen, præsidium civibus, amplissimi ordinis orna-mentum, sic ultra omnem livoris & calumniæ nubem, sibi aliquando proponet haud ingrata posteritas in omnigenæ virtutis exemplar, et in quo uno, si dicere fas est, inopem tua se prodidit opulentia, quod scilicet, et si hominumque & honoris abundans, vix tamen huic parem habeas reliquum, quem in ejus, quod absit, amissi, aliòver translati, locu sufficias. Verum ante omnes hanc Sapientiæ Mu-sarumq; domum refocillat ac recreat hic jucundissimus tuae Majesta-tis aspectus, quæ sub tuæ pueritæ felicibus auspiciis excitata, nunc sub ejusdem venerâdâ canitie denuo sibi renata videtur; & una cum tuo adventu faustissimo, vñâ cum publicâ hâc festivitate atq; lœti-tiâ, suum hunc alterum natalem celebrare gestit; tantoque aliis gestit & exultat impensiùs, quantò plus fructus ex hâc publicâ temporum tuorum felicitate sentit ad nos literarum studiis addi-ctos, quam ad vulgus promiscuum redundare. Sicut enim ex iis quibus eadem aspiravit maris ventorumque tranquillitas, animo-sius à Mercatore, quam à vectore votum solvit, adeoque ex ip-sis mercatoribus is D E O plura debere se judicat, qui odores & purpuras & auro pensanda portabat, quam qui vilissima quæque & faburre loco futura congeßerat, ita pacis hujus orique publi-ci beneficium, quo sub tuæ M. pio prudentique moderamine tot annos fruimur, et si ad omnes æquè pertineat, ad nos tamen co-rectè usuros, hoc est, illud in Virtutis & Sapientiæ studium impen-suros, altius pervenire debet, & gravioribus animis agnisci, agni-tumque

240 THE MUSES WELCOME,

tumque publicâ hac & unanimi professione celebrari. Verum hoc nobis cōmune cum cæteris, per tuas ditiones ejusdem vitæ loci, eorundem studiorum consortibus; ad illud festino, quod huic Academiæ peculiare fecit tua clementia; quippe quam aliqui sub onere suo fatiscentem, proximis hisce regni comitiis novo subsilio fulcire, novo commeatu instruere, novique censu auctoratio ditarare atque dotare dignatus es; vnde spes nobis posterisque nostris affulgeat, fore aliquando, ut non modò damna nostra sarciantur, membra nunc languentia roborentur, omniaque quæ nunc labant aut vacillant in melius mutantur, sed & quæ desunt membra suppleantur, quæ alibi videmus invidenda, nec tamen invidemus, sed ingenuè miramur potius, apud nos quoque videantur, & hoc Musarum hospitium, quod sub te natum, sub te quoque crevit & audevit, ad suam quandam & perfectionem & cultum & claritatem, tuo unius beneficio provehatur. Pro quâ largitate quas tibi nunc, Rex Maxime, gratias agat hæc alumna tibi devotissima simul ac devinissima? quibus hanc tuam erga se munificentiam encomiis, quibus hanc humanitatem *τυρπμισμοις* prosequatur? quæ suam ad hoc debitè præstandum inopiam & *ἀποχωρίαν* non tam ædificiorum angustiis, parietum squalore, aspectu ipso tam humili, tuamque sublimitatem neutquam addecente, quam hac ipsâ mei balbutientis infantia, quam hac ipsâ mei ad tam claram lucem *αγγέλοις* & *εκορωνίοις*, hæsitantis, inquam & caligantis vertigine, prodere cogitur ac propalare; certe si quid in me esset ingenii, si quid artis, inventionis, eloquii, si quid in hac dicendi facultate aut usu possem aut studio, nunc, aut nunquam aliâs, id oinne promendum esset & exprimendum; sed nescio quo pacto plerunque fit in his talibus, ut quo magis conamur eo minus faciamus, quò acriùs enitimus eo ægritis pariamus, quod maximè volumus id minimè valeamus, & effectum nimis anxie concupitum impeditat ipsa affectionis intentio: quod cum reputaret *Indus* ille, juculator omnium sui temporis peritissimus, invitante *Alexandro* renuit artis suæ specimen exhibere, maluitque recusando vitæ suæ discrimen incurrire, quam unius ietūs periculo de famâ sibi multò antè quæsitâ vel tantillum detrahere; mihi tamen absit ut idem nunc placet coram tuâ M. consilium, apud quam, contra quam olim *Bernardus* apud *Eugenium*, tutius acceptiusque reor ipsâ loquendi temeritate quam silentii timiditate peccare; modò conatum interim sese ultra vires intendentem remisero, & ad moduli mei oyrum breviorem revocâro, *μη τεῦτο ταῦτα τὰς φωνάς, ἀ τὸν ὑπερβούντῳ*

TO THE KING'S MAJESTIE.

243

ταῦτας διεταῦται, οὐ τὴν ἐψη ταύτην πρός λαζανήν αὔτην. ne quod vocibus idem mihi contingat, quæ supra modum elatae prorsus intercidunt & evanescunt, aut visui qui contra radios solares intenditur, ut scitè monet Nazianzenus. Quid igitur faciam per has temporis quæ me coarctant angustias, cui nec multa dicere consultum est, tam alieno loco ac tempore, nec datum est paucis multa complecti, sed equitum Tyronum instar non nisi laxiori gyro circumvenhi? An passis velis nunc provehari in immensum illud laudum tuarum pelagus, quod nec tua pateretur modestia, nec pro merito ac dignitate præstare posset mea jejunitas, nec si possem vel maximè dicendum id esset in transitu, cui vix dies integer & ingens volumen sufficeret? An virtutum tuarum culmina leviori, quod aiunt, & siccori pede percurram, quod esset eas ingenii mei culpâ deterere potius quam decorare? An rerum à te domi, foris, privatim publicèque gestarum gloriam delibabo, quas optimâ certatim ingenia jampridem æternitati consecrârunt? An Majestem tuam vel cum coavis Princibus, vel cum superiorum temporum præstantissimis quibusque componam, ut, quantum quidem in singulis eximium aliquid eluxit, omnium in te uno compendium quoddam admirandum proponam? An fortis tuæ felicitatem ostendam, quem quum jure meritisque tuis, communia procerum ac populorum vota, communia ordinum omnium suffragia sic in sublimitatis hujus fastigium exixerunt, ut inter illius Solis occulum & hujus Augustioris exortum, nullam noctem intervenire senserit Australis illâ *Britannia*?

*Qui diadema tenes, nec vi, nec sanguine partum,
Nec precio; felix tripliæ concordia Regini
Cui servata venit, magnis quod Regibus olim
Tentatum toties meminit, totiesque negatum
Phrygia Caledonii comprehensa Annalibus etas;
Fædere nam hullo tanta coalescere vires
Ante tuum pouere diem, Natura, Denique
Quem fecere Duce, quicque hoc nisi iura dedissent
Imperium, poteras sola virtute mereri.
Sed hoc jam alii luculentè oratione & prorsa & vota
præstiterunt, qui tamen arguunt hujus ubertatem nulla
styli diligentia sic totam exhaustient, ut non multa
alii famæ eundem tuæ campum ingessuris intacta relinquant; quippe quum nulla dics vitæ tuæ annis accedat*

Y y

acce-

dat (accedant autem optamus innumeræ) quin ex novis virutum tuarum fructibus, novam semper afferat felicibus ingenij tui de- cantandi materiam. Hoc vnum igitur, omisis alijs, Augustissime Princeps, a nobis præsertim omitti nec debet, nec expedit, quod in tua Serenitatis encomium nunquam silebit vniuersa eruditorum posteritas, tibi scilicet, vni, bonas literas, tibi literarum studia, tibi studiorum horum & alumnos & prestites, non cultum tantum ac decus, nec tutelam solum ac patrocinium, sed & vitam ipsam debere cum spiritu ; te haud ita pridem, in Amplissimo illo Ordinum Concilio, subditis tuis vniuersis ad hanc laudem & exemplo & auctoritate tuâ previsse ; Immo non tuis tantum, cuiuscunq; gradus & ordinis, sed & exteris posterisque ipsis ; apud quos lucebunt illa tua eloquentie fulmina dicam an flumina, quamdiu apud illos vigebit vlla rerum a te feliciter gestarum memoria, quamdiu vlla legum sub tuis auspiciis latarum reverentia; te palam omnibus ostendere capisse, (quod & porro facturum indies cum bono Deo speramus & vovemus,) quis verus vsus illarum opum, quas Deo piisque semel vſibus a Maioribus nostris dicatas, nescio tamen quo malo regni & ecclesiæ huius fato (dicam enim liberè sub tanto Patrono ac Vindice ḡ δακτύμον ἦνος νῦν ἔτεσι πέχω. Οφελ με τῷ φύσει ἐργάζουσιν τηρεπίδεσσιν, & vocem hanc edam veram atque severam, illa ne mihi fors rumpat, nisi nunc erumpat,) nescio quâ quorundam abscita aliorum ῥωματικῶν omnium ἀποτελεσμάτων videmus nunc a primo suo scopo penitus aberrasse, quippe ē quibus in sanctos olim vſus, & nominatim in juventutis rectam institutionem erogatis, nunc tamen, O seculi nostri probrum & maculam ! nihil ad ecclesiæ, nihil ad publicum, nihil ad viduas, orphanos, egenos, nihil ad patriam juventutem utilitatis redundat ; quæ tali destituta subsidio, cogitur non sine gentis nostræ contemptu atque dedecore, apud exteros ignobilem plerumque servitutem servire, & vel in Gallias quotannis se se diffundere, vel domi inter vernas & asseclas otiosa desiderare ; Aut certe, si quid inde ad Ecclesiæ, si quid ad Ecclesiæ seminaria, Scholas & Academias, virtutis & pietatis doctrinæ & morum officinas, fructus manat & commodi, si quid ad inopem, ad bona tamen studia natam juventutem, subsidij, id omne tuae vniuersi munificentia, pietati, prudentia, acceptum ferimus & imputamus ; Audiant hoc animi à Musarum cultu alieni ; Audiant humanitatis & amicitatis omnis expertes ; Audiat livor & sacrilegium ipso livore deterius, (quas tamen labes, absit ut audi-

audientia in cuiquam adiungam,) Audiant tamen, ubique locorum delitescant, & audientes ringantur & erubescant ; absque tui Majestæ foret, Ecclesiæ vultus, Academias solitudo, Regnū hoc primitu tandem barbaries occuparet ; tantus ex Atheismo natus est, in tantâ lucem & literas profitendi libertate, literarum tam diuinarum quam humanarum contemptus / tanta sui retinendi, alieni autem occupandi cupiditas ! Quod ergo sive Scholarum sive Ecclesiastarum Rectoribus, sive Mularum sacris, sive Sacrorum functioni, suus adhuc constet honos, libertas, præmia, vel certè, quod nondum in extremi contemptus & paupertatis angustias hæc omnia detrusa sint, cui nisi tux Majestæ secundum D E U M debebimus ? quæ si in hoc tam laudabili instituto perrexerit, & in hunc scopum suas curas & cogitationes constanter direxerit, cujus tam paucos ubivis terrarum æmulos habitura est, næ illa tandem Regina Sapientia, cum totâ disciplinarum illi famulantium Encyclopedia, suas has nec recentes nec decentes querimonias,

*fuerant, fuerant mea tempora quondam,
Quum docilis nostris magno fervore juvenus
Servit imperis, nec bonos Marti obtigit omnes.*

Apud nos quidem, in vaticinium hoc verius lætusq; cōmutabit,

*Venient, venient mea tempora quondam,
SCOTIA quum nostris magno certamine rursum
Serviet imperis, & bons mibi habebitur omnes.*

Sed vereor, ne nauim tuam triumphalem plenis velis in portum tendentem, nimis jam diu remorata sit hæc nostra remora ; quo enim alio, R. & x inclyte, schematismo, tuam hanc tantam erga nos tantillos humanitatem expellero, quâ, cum Regali comitatu pompaque preteriens, & ex longioris itineris iactatione non-nihil fortasse fatigatus, ad nostra tamen hec limina restas, exemplaque tuo magnificentum hoc satellitum tecum rectificare cogis & frānos adducere ? quo alio quam navis in medio tuo curlu, ringentibus nautis, militibus ventis, Oceano ipso adstupente, puilli Echeneidos objectu, & vestigio inhibita & compedita, vtque olim eleganter illud Ciliciæ lumen,

*Τοιν, νή περιβαλλεται εδόσιος Ιχνος.
Αντίστας τοιν δε πεπυρυκών λάχεν Ερχω.*

*Pisciculi vallis medio quam fixit in alto
Os inconspicuum, tantum valet illius ictus,
Illiū occursus, contra remosque, notosque*

Vimque omnem adversam! hinc Echenēis jure vocata est.
Hoc solum interest, quod Remore natura vim quandam
dicam an extinxiv, admiranda planè non exquirendā rati-
one concessit; nobis nihil adest, nihil inest luxurio, nulla virtus oc-
culi, nullum sermonis illicium, cuius venustate Regales tuæ aures
oculive capiantur, qui Regnum hoc tam late patens potensque

Hōte vīa rīus apādōv cīxī xālīvō

Ceu nūm excelsa regis acri mentis habēnā,

In temet vno causā quārēnda est, nempe illa tibi peculiatis hu-
manitas, Musarumque immensus amor, qui te cogit ad hāc te-
cta divertere, atque humiles lustrare casas; quod tuum factum,
quā cādem nunc ad extremū acclamatioē celebremus, quā
Imperatorum suorum Optimum Romanus olim Senatus exceptis.

TANTO MAJOR, TANTO AUGUSTIOR, quan-
tō te ad minora & angustiora demittis! Cui enim nihil ad augen-
dum fastigium superest, hoc vno modo crescere potest, si magni-
tudinis lux securus, ad subditos se ipse submittat, & ut Sol ille,
quo celiō, eo minor appetit, ita gloriæ suæ solsticium ad intuen-
tiū captum & conditionem attemperet, hāc igitur acclamatio-
ne iteratā TANTO MAJOR, TANTO AVGSTIOR,
hanc sermonis telam finio, vel abrumpo potius; ubi tuam prius
Majestatē oravero, οὐ χείρας εἰς τούτην τὴν πλανήτην, placido cum vultu
porrigit dextram, non quo des aliquid, (absit a nobis ad mode-
stiam & factis & institutis, tam intempestiva, tam inverecunda
petendi licentia) sed ut hoc etiā segete præmetium accipias, quod
Celsitudini tua cum hāc spe gestit & audet offerre tua Glasguensis
Academia, fore ut sicut καὶ πάσι τοῖς θεοῖς χείρας, διὰ τῶν πεντε σκοτειῶν, puras
Deus, non plena aspicit manus, ira tu quoque viva & spirans
ejus in terris effigies; Cujus honori, ut plena aliquando manu,
plenaque ingenii melle litet hāc alumnarum tuarum, ut natu &
vultu, ita cultu & conatu minima, ubi per te speratam illam ma-
tūritatem attigerit, unanimi hac nostrum omnium voce votoque

D'EVM supplex veneratur, sit vita tua apud ipsum ligata in fas-
ciculo viventium, inimicos tuos induat pudore, super te autem flo-

reat Corona tua,

Per multas vertentium annorum decurias, Te superumq; Choris
aucto, tua fama supersiles Cane cat scelis innumerabilibus.

Amen. Amen.

Vivat REX IACOBUS in eternum.

EX OCULO POETARVM NOSTRI SECVLI
(quondam meo) interpolata, et cui omnium optimè quadra-
bant Principi adaptata; tu vide, sis, Lector, & fallor,
an id mecum latus fateare lubensq;

Prinicipum princeps, JACOBĒ, cuius Te sed hinc usū proprio, hinc beata
Fama per cunctas volat orbis oras. Mēritis instinctu meliora doctum,
Quā diem promit jubar, occidensq; Talis haud tangit, nec ab instituto
Lumina condit; Sevocat error.
Nos moveat pridem pius ardor, ingens Macete curarum, labor hic ad astra
Ingreedi laudum pelagus tuarum, Tollit herōum sobolem verendum;
Quodq; non atro petat ore livor Inserit cœlu superum, nigroque
Pangere carmen. Surripit orco.
Nostra vox si quid dabit audiendum, Manat hinc presens animo virili
Te Sophocleo referemus orsi, Robur, & mentis vigor audet ardens
Fulgidum O sceli jubar, & piorum Gloria Regum.
Gloria Regum. Convenit aula:
Non quod à prisco tibi sanguis ortu Nosse gestarum monumenta rerum
Surgit, & longam seriem recenes; Nemini probro fuit aut pudori,
Nec quod ingenti tua se potestas Sed decet Reges magis, & potentum
Limite profert, Turba capescit.
Sed quod. & gari, & honore major Non enim torquet validâ Magister
Te beat virtus, animique præstans Mole, sed dextrâ regis arte puppim,
Indoles, cujus meritis nec unus Cūm procellosum mare volvit undas
Sufficit orbis. Montibus aquas;
Nam quid excelsum magis, aut decorum Sic quibus mundi Pater atque custos
Principi, quād quod generoso amore. Credidit latè populos & orbes,
Sacra Musarum colis, & togatis Imperi clavum moderantur alto
Palladis artes? Munere mentis.
Rider hæc vulgo bona pars potentum, Inserit plantis habitum creatrix
Rider, & soli populo resignat Terra, & occultas respicit propago
Dona doctrine, veluti minora Seminum vires, patrumque robur
Culmine summo; Spirat alumnus;
Quin & infausto veluti piaclo Vim sed innatam generi Magister
Pollui censem generis nitorem, Electit ad rectum, facilique cultu
Si cor informet studiis juventus Pectus informat, placidoque mores
Stemmata clara. Mentibus indit.
Commodus

248 THE MUSES WELCOME,

Commodus Baccho, Cererique campus,
Cura si desit, nihil educabit
Prater invisam filicem, malique
Graminis herbam;
Sic ubi pubes bene nata, nullos
Vel malos ritus, vitio parentum
Discit, aut torpor subit, aut abundant
Pectora culpis.
Prabet exemplum specimenque certum
Clarus haud usq; Marius triumpho,
Iam nocens paci patriaque levus,
Quam bonus armis:
Non enim doctis animus dicarat
Artibus, nec se nisi bellicosis
Voverat curis rigidoque Marti,
Catera bardus.
Tu sed exemplo prae*s* efficaci,
Non tuis tantum, sed et alia fama
Lux tua quaquam cluit, orbis oras
Fusa per omnes.
Sit dies nobis hodiernus ingens
Testis, addictam studiis juventam
Quo foves presens, oculique lustras
Luce sereni.
Quid, quod augusta juvat eruditos
Voce congressus regere, et silentes
Inter applausus animi profundas
Pandere dotes,
Cura si quando gravior facessit
Panulum? O quis tunc amor argi cultus
Te petit! quis tunc stupor audientum
Detinet aures!
Maete tam sancto, generose Princeps,
Mentis impulsu, tua desitios
Visque Musarum, Sophieaque mystas
Cura secundet.
Vera nam si fas memorare, sed fas
Vera secluso reserare fuso,
Nulla gens aquae juvat, et beatas
Efficit verbes,

Quam iuvenit faciles Magistri,
Pectus imluri studiis et usu,
Voce qui mentes ad honesta ducunt
Sponte sequaces.
Nititur fulcro status omnis isto,
Hinc virum surgit seges, et propago
Lata, que rebus populisque praest
Rite regendis.
Quid foret mundus spacio*s* prater
Lustra lacronum, nisi mos pudorique
Vim refranaret? quid acerba legum
Jussa valerent,
Nemo si recte foret imperanti
Audiens dicto? bona mens quietos
Continet cipes, bona mens olympi
Propria dos est:
Hanc tamen morum polit architectus,
Qui probo cultu docilem juventam
Fingit ad recti decus, et magistrâ
Temperat arte;
Qualis in puppi Palinurus altâ
Dirigit flexu modico carinam,
Assidens clavo, neque certa fallunt
Signa sagacem,
Ergo nos, Regum jubar O, favoris
Pristini semper beet aura, livor
Freudeat quamvis et egena laudum
Pectora vulgi.
Quippe nil magnum populus nec altum
Credit, externo nisi quod paratis
Captat emporiem, specieque mentem
Pascit inani.
Seriam sed qui proficitur artem
Simplicis veri, solidos honores
Antefert pompe: catus imperitam
Spernere plebem;
Tuque, cui Musas licuit, se verâ
Lege sectari, per et actuosa
Ire virtutes, Sophieaque summum
Tangere limen,
Hac

TO THE KING'S MAJESTIE. 249

Hac habes acri ratione fulcum
Pectus, ut campo valeas retroque
Pacis et belli sapienter, atque
Forster uti.
Debitus dire sacer ille pesti,
Fronte cui pronâ dominas secures
Sponte submittunt veneranda Regum
Sceptra poterum.
Nunc quidem tellus tua, magne Princeps,
O nefas ingens, maculamque secli
Otio dulci fruitur, vigetque
Ille cervicem capiti sacrato
Pace, Scotorum populo nec ullus
Proterit, bruti strepitque terret
Imminet hostis;
Duret in seclum status iste felix,
Intulit caelo, superisque junxit
Fata tenorem.
Sed (quod avertat Deus omen) olim
Voce quam toti recitavit effrons
Si cor intrârit dolor, ut capessas
Inseri, tantum nec adhuc pia vic
Castra ruinis!
Non avo cedet tua laus in armis,
Marte qui præstans, opibusque celso
Mentis, ut seculi jubar impolivi
Fulserat ingens.
Sic erit si te rapiant dolores,
Otia et rumpas, et amata linquas
Castra Musarum, sed ad hoc venito
Munera serui:
Nec tuas vires nisi Christo iniqua
Sentiant Gentes, metuatque solus
Turca, nec Turcis melior minorve
Romulus hostis;
Carminis esto.
Quod tibi Princeps damus alme, cultus
Sola quo septem fibi legit arcis,
Et Lupam austricem generis facetur
Hydra bicornis.
Hac authore non invito, nec ejus ingratias, raptim interpolabat
ROBERTUS BODUS
A Trocho-regia.



SALMO XPI XENI EPOS
REGI GLASGUAM INGRE-

dienti cum poculo a Ciribus oblatu.

Slamigeros inter SALMO gratissimus, ori
Gratus quippe, sed & natali gravior ora,
Nec tantum meritus ferri inter fercula Regum,
Sed tecum commune aliquid regum optime, habere.
Et memini male grata more quam cedia lenta
Condiret mellita tue facundia vocis,
Sponsorem redditus nobis te certa dedisse
Pignora, Salmonis genium, qui sponse reliquo
Oceano, regisque sali praeclite mensâ,
In patios remeat fluvios, dulcesque canales,
Spiritus ut patriâ languens renovetur ab undâ,
Posthabitâs quæcumque queant terrere periclit.
Jamque fidem dedit (Regi sit gloria regum).
Alma dies fecit! patrias en adspicis undas
Glottiacolq; finis, IACOBUM nondum IACOBUM
Qui primum fovere, & nunc venerantur aluminum.
Conspicis antiquumque larem, thalamoque pudicos,
Naturæque tui artificis loca conscia quondam,
Salmoni ut perquam sic cuncta summissa quadrent:
Ergo tibi ut grata proli, Rex optime, Glotta,
Glotta maris soboles nitidis salmonibus aucta,
Glottiacumq; decus, parvum tibi GLASGUAM munus
Offert Salmonem: sed quid prius offerat illi,
Cui sua seque simul deber, quam INSIGNIA; quo se
Et sua comprehendunt? dignum & quid Princeps tanto
Si non id cui se similem dignatus habere est?
Nostra etiam parte ex aliquâ munuscula regem,
Cui dantur, referunt, si fas sit dicere, sed fas:
Namque pater patria quid non indulgit amori
Natalis genii? & quid non audemus amantes?
Fulgidi ergo rui cultus ut splendor amoeni,

Fulgid-

Fulgidiorem animi celsi tegit intus opum vim,
Sic Salmo hic splendens, fultum meliore Metallo
Pectus habet. Tibi regalis perfectio, & omnis
Doctrina, que laus privorum est, circulus in te est.

Annulus hoc aptè signat Salmonis in ore.
Hæc referunt etiam nostros munuscula mentes,
Quas amor alloquiumque tuum flagrantius virunt,
Edere quam valeat frustra vox amula mentis.

Aurea nec tantum superant hoc viscera tegmen,
Pectora Jejunas quam nobis fæta loquelas.

Cum Salmone scyphus potumque cibumque figurant,
Quæ sine non poterit consistere vita columnis.
Hac tibi (seque simul) dum Glasgu datâ, dicatq; ad
Teque tuique apicem diadematâs & que tuendum;
Suscipe parva lubens non parvi pignora cultus,
Cum voto obsequioque, quod are perennius omni
Annulus hic nunquam mentito obsignat ab ore.

IN SERENISSIMI REGIS JACOBI
Sexto-primi ingressum in SCOTIAM, Sole
ingrediente in Signum Geminorum.

Noster ubi radios Phœbus patefecit ab Austro
Mæstasua exhilarans ora Caledoniæ
Idimus attonitos fremere & trepidare Gemellos,
Quod Leo præteriens præripere Boream.

Quos propior Titan castigans, parcite, dixit,
Aut tremere, aut fremere, parcite hic Tyndaridæ:

Iste Cleonæus non est Leo, funditur isti

Innocuus nurquam dente vel ungue crux.

HIC Leo pacificus, pacisque serenus alumnus,
Marte quidem valet, at pacem alit unde alitur.

En placidam frontem, & sponsores pacis ocellos!

En arma, en comites: omnia pacis haber.

Cernitis ut blandè submittit cornua Taurus,

Et duplice levior pondere gestit ovans;

Cervicesque superbus agit, meritòque triumphat

 Caperat, impatiens abitus. Vestigia tantum
 Si tulit in sylvas Rex vindex, vndique clamor
 Mulcebatur venienti aures, humiliisque myrica,
 Et salices, coryli tenues, flavensque genista
 Concipere ingentes animos, & credere visu
 Hoc se felicis solo. Nunc ecce triumphat,
 Occurrensque tibi solennia vota precatur
 Gnara tui appulsus totiens totiensque cupiti.

En tremulis ramis gratas jacentibus umbras

Pen-

Pendula prospectans Philomela, haud flebile carmen
 Integrat, ut quondam cum vis illata pudori:
 Suavibus ac cunctis aureisque aurisque susurris
 Implet inaudito cantu, vocemque volutat;
 Inque vices altum resonabilis affonat Echo.
 En gemere aeriā cessavit Turtur ab alno.
 Atque novos modulans componit Acredula cantus.
 Intonat excelsa de turre Columba salutem.
 Plaustrat adventum clamans de fronde Palumbes.
 Alturis ambages, atque artes Ardea temnens,
 Pica salutatum properant, ac Sturnus, Acanthis,
 Nil nisi te salvare sonant, nec segnius hisce
 Regulus & Merops, & pullo pectore Passer.
 Cuncta calent modulis, concentibus omnia fervent,
 Occurruntque tibi, & solennia vota precantur
 Gnara tui appulsus totiensque cupiti.

At ne leticiā cedat mortalibus aether,
 En rerum variisque salus Concordia mundi
 Fœderis aeterno complectens omnia nexus,
 Et sacer orbis amor, movit lactentis ad ora
 Quæ tibi prima, leves cœlo delapsa per auras,
 Vbera sacra, sinuque suo gestarit adulsum:
 En faciles Marti, duce te, nos ponere mentes,
 Ulterius non ire odis letatur, ut antè,
 Nec propria in proprias convertere viscera vires.
 Semper bellaces egit Bellona Britannos
 In furiale nefas, fidâ nec pace quièrunt
 Angligenæ & Scotti, donec te mittere mundo
 Promissum placuit superis, pacare tumultus
 Qui potis es tantos; pacali & neccis olivâ
 Fœderis auspicio, quod nec jam Martinus ardor
 Frangere quit ferro, nec frans violare per artem.
 His gavisa super nutrix Concordia Regi
 Obvia fit reduci, & solennia vota precatur
 Gnara tui appulsus totiensque cupiti.

Vltima quaque orbem divarum Astræa reliquit
 Prima redit, meritòque suo gratatur alumno,
 Pax pia ponè sequens properat Pietasque, fororum
 Nobile par, sequitur quas catena turba Dearum,
 Annuaque alternant aeterna vota saluti.

Scilicet

Scilicet id cursus superis, cœloque secundo
 Aluentus tam magna tuos, Rex magne, manebant,
 Gnara tui appulsus totiensque cupiti.

As Lepus & Cervus cœli inter cuncta solique
 Agmina, par timidum, dolet: his nam tempora prisca
 M:ne manent memori, quando nemora omnia circum
 Hac illâc fugerent, pedibusque parare salutem
 Compulerat tua turba sagax, & odora canum vis.

Furva repurgato fugiunt en nubila cœlo,
 Nullaque coelestes velant cœlamina vultus
 Ast cœlum terra cernunt, ac æthera terras:
 Ocyor oceano, quam lex aeterna vocabat,
 Egit equos Titan, & radios magis aquora circum
 Distendit nunquam. Quanquam gelidosque triones
 Ac Helicen anno visitus quoque revisit,
 Notus vtrique polo, mundi qui terminat axem,
 Gratiis haud quicquam prævasto vidit in orbe.
 In quo divinum nil non, quin protinus omnes
 Virtutes cœlo reduces couisse sub tonum
 Pectus, & in nostros vissus se didere cernit:
 Cernit & Aufonios lucos, Thaumantis & ades
 Pulsantem, & Themidis penetralia celsa terentem.
 Te ducent Musæ dextrâ, penitusque replete
 Vngula quem fecit demergunt fonte caballi,
 Et luce multâ cingunt diademata lauro.
 Dulychius Pyliusve senex non pleniis aures
 Imbuit eloquio attoritas; non ille disertus
 Rhetorica romanus apex, quum fulmine rostris
 Detonuit, traxitque suos in vota Quirites.
 Valdus exculta vibravit fulmina lingua
 Sceptrigerum longeva lues tibi cognita nunquam
 Auri sacrâ famæ, gaudens nec cæde tyrannis;
 Sed piger ad paenas Princeps; ad premia pernix.

Propitius tandem divis & sidere dextro
 Ingredere, O gratus cunctis, Rex maxime Regum,
 Vallem, que quondam studiis exercita bellis
 Multa tulit fecitque ferox: hinc inde pericla
 Mirificosque experta metus, dura compita circum
 Hostis Saxon ruit, rursumque repente refugit.
 Tunc erat implacidi trax campus & area Martis:

D dd

Nunc

Nunc vice mutata, versisque ad prospera fatis
Ecce tui hospitio est & facta superba tuorum;
Nunc seges est ubi sica fuit; letantia latè
Pascua Pastor habet; declinat lumina somno
Securusque sui est; habitu pacisque resumpto,
In falcem formari enses, in aratra domari
Fraxineum robur, diffundi vomere fundum,
Pabula restituì pecudi, colleisque colonis
Gestit ovans: rigidos & quamvis Mulciber enses
Aptarat sudans, multaque incude laborans,
Et galeam Brontes, livens thoraca Pyramon,
Et Steropes clypeum, magni gestamen Abantis,
Et multi insidias occulto Marte parabant,
Et speculis vigil omnis erat, vicinia apertis
Faucibus usque inhians prædamque ardebat optimam;
Irrita pace tamen cunctorum vota dedisti;
Perfidus invidiâ nigra rumpatur Abaddon.

Propitiis etiam divis, & fidere dextro,
Non jam visa tibi primùm, Drumlanrica castra
Ingredere, hospitium, & tibi nota palatia quondam,
Sepe tua cœne fuerant qua & consilia somni;
Floribus & fundo, flexis & clara fluentis,
Turribus & Tempe, dumis atque hospite damâ:
Douglasii ast magè clara domus quod fint, numeret qui
Tot retro proavos, atavosque, & nomina mille
Sanguinis vnius per plurima secula ductos,
Clara quidem cunctis; hodiernâ ast luce recentem
Nacta tuo vultu splendorem, quem neque fama
Lit vor edax, ignis, nec sera aboleverit atas.
Si monumenta juvat memoresque revolvere circos
Annorum, invenies regali stemmate cretos
Douglasios, BRUSIOQUE in marte, in morte fidelem
Impendisse operam Mularum & Martis aluminum
Iacobum, proli peperit qui insignia cordis.
Voverat emersus bellis invisere sacras
Rex BRUSIUS terras, lapsis & vindice dextrâ
Christicolis prestò esse: illos nam infida premebas
Gens mentita Saræ: Regi sed membra labore
Et senio cum fracta forent, tunc ista dirempta
Longa vota via, pugnique: idcirco repôsti

Corpo-

Corporis exectum cor, quodque argentea capsa
Muniret, moriens mandat mole tegendum
Telluris sancta statuens sic solvere vota,
Fusa sui promtus pia Regis obibat ad ungues
Douglaius; bellum valido cum velite versus
Et, sacrosancta Sion, quondam tua limina coepit
Itur iter: certusque via tellure reportos
Hesperia in visos CHRISTO, jam prælia justa
Anticipans, hostes difflarit marte secundo
Multories; gentis sed tandem fraude maligna
Heu vir tantus obit. Tunc tela ensesque nefandi
Et votas vetuere vias, & vertere vela;
Et calido Hesperiam satiarunt sanguine terram.
At non virtutes servâ periere sarissa,
Intemeratus bonosque, fidesque, & bellicus ardor;
Mortuus in patrias misit qua pignora sedes:
Misit, & aeternum mandavit munera Stirpi,
Quæ sacra conservant buc usque, et quicquid ubiq; est
Gentis Douglasie nullum violanda per avum.
Non antiqua tibi hac tantum, non marmore duro
Atria structa recens, que dædala dextra Dipeni
Dedolat, aut ampla fornix circumfluis aule,
Non crustata domus gypso, non fusus abunde
Circumquaque tapes, fulvum quem purpurat aurum,
(Vt mos est phariis miscendi licia telis)
Non tibi calcatus quem olim Mareotica coccus
Concha dedid' ricu, prima non ebrius vonda,
Non hic delicia, non lauta gloria mensa
Plena maris tumidi spoliis, colique, solique,
Non abacus fulvi nutans sub mole metalli,
Non famule numerus turba, populusque ministrans;
Inspecta tibi tantum non omnia, quantum
Hospitis in mensa mens est, prior omnibus vna;
Phosphorus ut stellis cum sera crepuscula fidunt.
Ille Jovem hospitibus solitum dare jura precatur
Hunc faustum Scotisque diem, sociisque Britannis
Esse velic, nostrosque hujus meminisse nepotes.
Utque tibi facilis fuerit dare summa, tueri
Idem difficultis non sit; sed vindice dextra


Ddd3

Jova

286 THE MUSES WELCOME.

Jova tegat, videas post secula sera sepulchrum
 Laurigerō canos quatiens in vertice crines:
 Quin-etiam, tua tunc tumulus cū texerit ossa,
 Qui solio infideat semper sub sole, superst
 BRUTIADUM fruticans vestra de rote racemus.

Ioannes Nimmo.




HIS
 MAJESTIE RETVR
 NING TO ENGLAND
 PAST BE DRUMFREIS,
 ON MOONDAY THE FERD OF
 AUGUST

Where at the entrie of the Towne this speach was
 delinuered by M^r JAMES HALTDAY
 Commisar there.



TO THE KING'S MAJESTIE. 287

OUR ROYALL MAJESTIE in whose Sacred person the KING of KING'S hath miraculoslie vnited so many gloriouſie Kingdoms, vnder whose Scepter the whyte and reid croces are so proportionable interlaced, the Lyon and Leopard draw vp one eſquall yok, and the most honourable ordors of the Thistle and Garter march togidder, is most heartelie welcomē to this your M. ever loyall Towne: whose Magistrats and People now beholding your long desired face doe imitat the Lizard. For no diamonds or carbuncles by lustre can so allure the eyes, as doeth the brightnes of your countenance our eyes and hearts. Hence it is that the myndes of your good Subjects are filled with ſuch incomprehensible joy. And conſidering the innumerable comforts which this your M. auncient and vnconquered SCOTLAND (*Vnica vicinis toties pulsata procellis, Externi immunis Domini*) hath received vnder your happie government both in Kirk and Politie, what merveile is it to ſee the flamme of their loue kyth in their faces and tongues, two infallible witneſſes of their hearts? To recken all it were impoſſible, to ſpeak of none it wer yngraſtfull: if I ſpeak but of one, which is *Peace*, they who with bleeding hearts and weeping eyes did daylie taift of the bitter fruiſtes of diſcord, inward and outward broyles, ſhall acknowledge even that onelie *Peace* to bee all they could haue wiſhed, and more then euer they could haue hoped for. For what is to be wiſhed that wee doe not enjoy with it? *Omnia pace vigent*. Now *Justice* hath vnsheathed her ſword; now baſſe affeſtation hath no place, and ſycophants ar put to ſilence; now is not ſucked out the marrow of the people by odious and vnujuſt monopolies; now is not the husband-man his face worne with the grindſtone of extortiōn: but ſitting vnder his owne Apletrie hee in *Peace* eateth the fruiſtes of his labours; *Religion* hath her place; *Law* is in vigour; *Naboth* bruketh his owne viñ yard; and *Achitophell* his just reward; *Simone* preferreth not *Balaam*; nor doeth corrupting gold ſet vp a *Judge* in *Israel*: but euerie place is provyded with ſome one fitting and ſuitable for the ſame.


If ſilent in theſe things, ſhould wee not be conuinced of ingratitude to Almighty GOD, by whose grace wee haue this oure

Salomon, by whose providence, vnder GOD, these good things are procured vnto vs: and at the fountaine of whose wisedome so many Kingdomes and States get daylie refreshment? Who wold eyle to speake worthie of your worthie, rare, royll, and heroicall vertues should haue Eloquence for his tongue; and let any speak what hee can, what can hee speake but that which everie man doeth know? for there is no corner of the Earth which hath not heard of your M. that yee are not onlie a mirour, but a master of Kings; not onely a patterne to their lyfe, but also a patronē of their caufe. Doeth not your royll practise and penning prove all these? and knoweth hee any thing to whome your *Баображеніе добра* and your learned writings against the supporters of the Antichristian Hierarchie is not knowne. O (SIR) your M. oweth much vnto your King, that King of Kings, by whome so much vpon you is bestowed. That wee see the face of him, whome GOD hath anoynted so aboue his fellowes, is the ground of all these joyes which wee enjoy this day. In the fulnesse of which joyes this one thing breeds vs anguish, that this your M. ever loyall Towne (whose people ever were, are, and shall bee resolved to sacrifice their lyues in their Princes service, and of which GOD made choise, that it shuld be the place where your M. most royal Ancestor the valiant BRUCE, killed the Cumming, extirped the Baliol blood, and reestablished the royll race of our natvie Princes) now shoulde bee the last period of your Majesties progresse within this your most auncient Kingdome. Wold GOD it could bee circular, as that of oure vther Sunne; that all your M. subiects might enjoy the comfort of your presence be vissitude. But let Gods will, and your M. weel be the measure of our desires.

And since wee perceiue the force of our Load-stone failling, so that it hath no more power of retention; seeing your M. will southward, wee would wish your course more Meridionall, even trans-Alpine, that, that Romish Idol, the whore of *Babel* might resent of her too too presumptuous sitting in the Kirk of GOD in GODs owne chaire, aboue the Crownes of Kings. Let her feel the furie of your sword, let her know the sharpnes of your Pik, as weel as of your Pen, in that expedition shall not bee last *Mavoria peitora Scotti*. For may wee not now by GODs assistance, in like courage and magnanimitie levell with the ground their walles there, as wee did heere of old these monstrous heapes of Stones and rampires reared be their Emperour *Severus* and *Ha-*


drian

drian. Especiallie now having the concurrence of that bellicose and resolute Nation which GOD hath made to come vnder your Standard with vs, how can wee but haue hope to cause all them who will fight against GOD for *Babylon*, like as many heards of Animals scattered on mount *Aventine*, and *Appennine* make jacks of old dyks? But remitting this and all other your Majesties desaignes to GODs gratiouse dispensation, and your worthie disposition: Wee clole vp our speach, praying Almighty GOD, that you and your H. royal progenie may sit vpon the Thrones of your Dominions with incresse of all heavenlie and earthlie bleslings, so long the as Sunne and Moone shall haue place in the firmament of the heaven. Amen.




ΤΑΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

3

SCOTIÆ AD REGEM
VALE.

N At avulse sinu nostro, quanquam oscula nondum
Sat dederim, amplexu nec satiavi animum,
Quid querar, aut culpem? fatæ hoc, hoc numina poscunt:
Nec mala duco mihi, quæ bona credo tibi.
Ergo vale, & longos impleto *Nestoris annos*,
Atque aliquâ ut redreas omnia vince iterum.
Interea, tibi cùm teneris *Amaryllis* in ulnis
Mollior amplexus blanditiasque feret,
Sis memor, & tacito ducens suspiria corde,
Dic tecum, haud minus hâc mea *Phyllis* amat.



SCOTIÆ AD ANGLIAM VALE.

CHARA Soror, seu pulchra audire aut maxima mavis,
At soror, à charâ sume sorore *vale*.
Quâ potui verum conata offendere amorem:
Quicquid id est, veri pignus amoris ama;
Et cole quem natum mihi, dant tibi **NUMINA REGEM**
(Nec querar, aut usquam Numina dura vocem)
Si tamen hoc de te merui, quod amore mereri
Officie ulla fedulitate queam;
Quando tui *Tamis* laudabis flumina longe,
Dic, etiam *Forthæ* non inacmea mei;
Et tua cùm felix mirabere pignora mater,
Dic, habet & nulli pignora spreta Soror.
Quumque tuos speculo dignos speculabere vultus,
Dic, vultu & nostra est non inhonesta Soror.

DAVID HUMIUS.



ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

LACHRYMÆ

IN REGIS RECESSV.

P e s levibus malefida alis, vanique labores;
 Semper & instabili risus variate fereno;
 Quæque rapis cupiditas sublimis gloria nientes,
 „ Quid stabile est? Quid perpetuum? Sicne omnis in auras,
 Sicne abiit fortuna recens? Ruptoque tenore
 Mutavit subito tot gaudia, tot lamentis?
 O dolor! O lachrymæ! O gemitus! evanida rerum
 Somnia! & in fragili fluitantia vota phaselo!
 Quantum O tristitia superest! pars maxima parvi
 Diffuit in Lachrymis miseris mortalibus ævi.
 Nuper at (ah memini,) Phœbusque, novemque forores
 Sollicitabam ardens animi, dignumque tuorum
 Plausibus, & festo reditu, Rex Magne, parabam
 Promere Pierio tenuatum in vertice carmen:
 Sponte suâ nostris lauri cecidere capillis,
 Irrepsitque nocens taxus, miserabile dictu!
 Sponte suâ cithara manibus dum fila retendo,
 Flebile nefcio quid chordæ gemuere, sonique
 Discordes strepitus digitæ eliciere trementes.
 Certè ego tum potius gemitus planctusque dedissim,
 Et tempestivis onerassim cuncta querelis.
 „ Sed mens cæca hominum sortis, casusque futuri;
 „ Non bene scit servare modum: nunc omen iniquum
 Exerior, vacuæque luo deliria mentis.
 Inde mihi hæ lachrymæ, hi fletus, miserandaque fluxit
 In numeros nova cura meos; vix plectra, jocosque
 Deposui manibus, subiit cura anxia luctu;
 Et dolor, & tristis non unica noctis imago,
 Namque Caledoniæ que lux affulserat oris,
 Candida lux vixdum cœlo quum visa coruscum
 Exeruisse jubar, caput atris nubibus abdit;
 Damnavitque diem: tenebris sic omnia latè
 Circumfusa, jacent; postquam tibi, Magne, redire
 Anglorum in terras, patriæ de finibus almæ,
 Iam fixum, immotumque sedet; nulla ahne rogantum
 Supplicia avertisse queunt? miserere precamur,
 Et duris faciles adverte O questibus aures:

Quid

ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ. 5

Quid desiderium Scoris, IACOBÆ, relinquis?
 Phœbe mane, lux alma mane, radiate mane Sol.

Qualiter in gelido vates OEagrius Hæmo,

Amisæ Euridice, plestro tentavit eburno

Fila lyra; numerosque dedit, quæ ipsa ferarum

Turba super gemuit, visaque ad carmina queruscum

Suspirasse diu, & tacitum sensisse dolorem

Humida suffusis lachrymarum flumine venis,

Quamvis continuo durissima saxa lapillo:

Talis ego; talemque refert mea Musa dolorem;

Affiduis turbata malis; Musa obruta fluctu

Curarum, duris quam sæpe exercita fatis

Tristities affixit humi? propiusque salutis

Spem posuisse omnem fecit. Iam vieta dolore

Pectora subsidunt: propiora pericula fatis

Non usquam; vix si unda meam decumana carinam

Verberet, æquoreaque latus cogat dare Brumæ:

Heic ego Amyclæos supplex nam in vota vocarem

Deprensus pelago fratres; tibi Jupiter undæ

Votivum auderem taurum promittere, salvo

Si modò finitimam liceat contingere arenam;

Nunc spes intercisa omnis: penitusque resultat

Mæstitia mihi summa dies. Latæ omnia, latè

Illuvie, squalore, situ, macieque feruntur.

O Divi, quidnam hoc, quod per tot fata paratis?

Mortalemne sedet totis deperdere telis;

Inque vicem variare iras? Date vulnera cuncta

Si qua super, nostris IACOBUM haud tollite terris;

Ibo ego, & Ifmatio, si quis mihi spiritus, Orpheo

Flebiliora canam. Certè me saxa dolentem

Audierint; sylvaque etiam, pecudesque sequitæ

Accident lachrymis; & quæ stridentibus alis

Aëra transmittet liquidum, vaga forte volucris

Ingemet, & motæ suspendens verbera pennæ;

Damnabit superos nostras miserata querelas.

Quid, tamen o superos? Non hos misere dolores

Cœlicolæ nobis; neque enim tam ferrea Divis

Pectora, tu solus (Rex) hac de parte Prometheus.

Quid fingis graviora tuis? Duram exumentem

Dum licet: in mediis redditum an molire querelis?

Phœbe mane, lux alma manæ, radiate manæ Sol.

Vix bis pletia vagæ coerunt cornua Lune,

Quum veniens refugis: necdum expectatus, abire,

Rex, IACOBÆ, paras. Anne o promittere divum est

Fallere? & (heu!) fraudare tuos felicibus horis!

Non ita cui Clariæ laurus, & limina parent

Mufarum, citharam qui pectine temperat aureo,

Ortygia invisit lucos; ubi cornea circum

A 3

Creesque

6 ΤΑΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Cretesque *Dryope* que fremunt altaria lāti. Non ita Tartarei prudens matrona tyranni, Septima quim exeruit formosos *Cynthis* vultus; Trinacriæ ascendit colles: quam plurima cingit Hinc atque hinc *Dryas* & per collâ fluente capillo. Ventilet ut niveas *Zephyri* finit aura papillas. Ipsa vel *Oebalium* pueri de nomine florem, Narcissumve legit, sparsum vel sanguine. *Adonis*, Aut *Clytie* duri pendentes à lumine. *Phœbi* stolidi extinguo sanguis. Quicis calathos onerans, *Stygii* reminiscitur ignis. Conscia nec primæ jam damnat prata rapinae. Te quoque tangit amor patriæ, neque enim horrida cautes. Edidit, aut *Cetula* tibi dedit ubera tigris. Sed te *Pegasus* enutriere sub antris. Castaliâ de valle Dex: *Charitumque* decorè. Nuda trias lætos oculis afflavit honores. Hanc sine nos spem ferre tui, si crimina nostra imponebas. Tot meruere pati, Rex: invictissime, poenæ. Quin luimus? mora longa reo mors altera. At & jam, Si qua tibi superat sub pectorc cura tuorum, Phœbe mane, lux alma mane, radiate mane Sol. Flumina que leni vitreum properatis in æquor Agmine, & & blando quæ dividis, alma fusurio. Dulce melos, nemorumque comis interstrepis, aura. Vestra *Caledonius* si gaudia. *Jupiter*, & tot. Letitiæ bona signa pium testantia amorem. Accepit; pictâ vectus quando ipse phafelo, Naiadum plaudente choro, *Zephyro* que canente, Transque *Taum*, *Forthæque* sinum: si magna voluptas. Lætandi fuerat, nunc fit quoque tanta dolendi. Mecum unâ gemitus, & singulantia verba, Mecum unâ ingentes lachrymarum effundite rivos. Nostra salus, & vester amor, pia cura Deorum, Spesque hominum (hei.) patrias. Iaco. deserit oras. Dux *Fergusiade*, si animum pia stringit imago. Antiquæ patriæ, nec tota évanuit illa. Pectoris arcano quandam tibi clausa recessu. SCOTIA, nec te moræ causas: non, Iceptra relinquis. ANGLA, nec ut fistas. SCOTORUM, semper in oris, (Quanquam, & ! nam magnum quod habet grave crimen amare?) Tempus inane peto, dum se compónere tantis Curarum mens ægra queat, quandoque procellis: Et discat graviora pati. Venaticus ex quo non negligatur. Tempore cervino sitientia labra cruento. Proluit, & longis duravit euribus artuss: entum. Collibus adiusevit donec robustior anhis. Audeat aërii superare cacumina montis, Et servare dolos, & fraudem fallere. fraude.

Tum

7 ΤΑΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Tum latus ruit in campos, & culmina nota, Et Domino obsequitur, cursum seu fistere poscat, Corripere auditu spatium seu denique signo. Me certè tantus latum hoc protrusit in æquor. Tristitia non antè dolor, sed enim advena primùm *Melpomenes* absque arte lyram nunc tangere cogor: Damnatumque choris Musarum assumere plectrum Invitus jubeor: non hæc, non tristia *Phœbus*, Discessus sed, Magne, tuus mihi carmina mandat; Carmina quæ rapidas utinam violentia in auras Discerpit *Boree*; & madidis *Noris* humidus alis Immergit pelago, quæ turbidus *Adria* sœvit, Ejectatve fretum quod sorbit ante *Charybdis*; Aut quæ *Sylla* ferox canibus praecincta marinis, Auditur *Siculo* raucum latrare profundo: Irrita sint: frustra tantas fuditse querelas, REX IACOBE, ferar: sed quid mea vulnera specto? *Phœbe* mane, lux alma mane, radiatæ mane Sol. Ahne fugis? per ego has lachrymas, per gaudia testor, Quæ data sunt, quoniā subito reddenda fuerunt, Nil *Fergusiæ* visum crudelius oris. Tu mihi Sol testis, tu pernox conscia Luna, Perque Polum certo remeantia fidera cursu. Non etenim tu solus abis, tecum omnia, tecum Ire parant: Musæque graves, & cantor *Apollo*, Et castus *Veneris* Puer, & divina Leporum Gratia, Letitiæque hilares, & blanda Venustas: Quid superest nisi triste *Chaos*, miserandaque rerum In luctu facies? & conjurata malorum Tempestas, emissa Erebi de vallis atris? Ecce tibi modò purpureos quæ *Dædala* flores Sternebat *Tellus*, mœret deserta; suosque Squalida damnavit felici gramine campos. Flava *Ceres*, misero non responfura colono; Mæsta sedet; qualis *Siculæ* quum lampada ab *Etna* Accendens, cunctis natam quæsivit ab oris. Ingemit obscuris némorum *Dryas* abdita in umbris. Ruraque lascivæ sua deseruere *Napæ*: Naiades lachrymis fontes auxisse fetuntur; Et *Pan* obstreperas saxo allifisse cicutas. Ipse ego, ceu campis demens errabat *Eleïs* *Bellerophon*, cor uisque suum depastus, inani Complebam infelix resonantia taxa querelâ, Quæ subit *Andrea* felices coerula portus. Doris, & expassis invitat in oscula palmis. Surdaque, ceu nostros audirent taxa dolores Damnabam: nunc inde pedem revocare volebam Perditus, in deserta procul; sine fine beatos

A 4

Exclamans

8 TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Exclamans *Zephyros*, qui te, R_{ex} optime, circum
Leniter argutis applaudant s^æpius alis.
Inque alto residens viridantis gramine prati,
Collibus aut solis, aut vorticibus praeuptis,
Pectoris arcanos (heu vulnera dura!) dolores
Mente pia revocans, in fletum nubila solvi,
Et ferrugineis obduci clara tenebris
Lumina, splendentesque oculos *Hyperionis* aurei
Optabam, Divis non hæc in vota secundis.
Nam tibi stat, fixumque animo manet, ire beatas
A N G L O R U M in terras : heu fors, adversaque fata!
P H Æ B E mane, lux alma mane, radiate mane Sol.
Sed quid ego hæc, surdas tantum si verberat aures
„ Haec vox cassa Deum? legum servanda potestas
„ Ilicet, & quicquid superi mens provida regis
„ Confilio arcano fieri decreverat olim.
„ Non lachrymis, planctuque hominum dissolvitur, aut vi
„ Frangitur adversa: stat *Ahenæ* turris in auras
„ Fatorum titulo, cui lex adjuncta *Necessum* est;
„ Quam nec *Hyperboreo* properans de monte procella,
„ Æolio aut rapidus laxatus carcere turbo,
„ Aut pelagi ira ferox pugnantibus excita ventis
„ Destruat, aut vincat: sic inconclusa resistit
„ Tot coeli, pelagique minis: perge omne dextro,
Perge igitur, tua quò revocant te, Maxime, fata.
Et quamvis patris hinc titulus te oppugnet, & A N G L A S
Sevocet in terras; ubi dulcia gaudia conjunx
Gratetur reduci, & charissima pignora, C A R L U S
Currit in amplexus; patriæ illinc tangat imago
Mentem animi; tu, R_{ex}, vinces alto pectore utrunques
„ Plus tibi sit patriæ dici & simul esse parentem.
Inde tibi surget decus immortale coronæ;
Inde tuos cinget viridante fronde capillos
Gloria; & æternum statuet tibi fama trophaeum.
Cætera sint miserae plebi, & communia vulgo:
Hoc proprium, R_{ex} Magne, tibi: quo haud altior ullus.
Extulit os sacrum coelo, teq^{ue}brasque resolvit
S C O T O R U M, & longa populos sub pace beavit
Si F E R G U S I A C O S numeres ab origine patres.
Haec lux immensum radiantia tela per orbem
Desperfit quia Sol Eōo è gurgite promit
Siderios-vultus, & quia caput occulit undis
Occiduis, fesso solvens temone jugales;
Quia campos *Lybie*, nascenti & consicia *Nilo*
Arva premit, radiis nimio flagrantibus restu
Quaque fugit *Boreæ* torpentes frigore terras:
Arvaeque *Rhipheis* multum damnanda *Pruinis*,
Si non luce tuâ, & radiis propioribus *Arcti*,

Frigoribus,

TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ. 9

Frigoribus, tristique hyemi solatia ferres.
Fortius huc igitur radios, & spicula vibra;
Utque *Caledonia* tepeant face frigora Brumæ.
Hoc unum precor (ô!) si non licet omnia, quum jam
Phœbus abeas; lux alma abeas; radiate abeas Sol.
Claude reluctantes tenebroso in carcere fratres,
Ventorum ô domitor; vasti & super injice montis
Fragmina; nec madidis Auster petat aëra pennis,
Obducens piceâ totas caligine terras;
Nec sine ut effusis *Boreæ* inclemencia habenis
Bacchetur per inane furens; nec turbidus *Eurus*
Aëris in latis circumstrepant undique campis
Horrissonum: soli *Zephyro* sit copia cœli.
Hic semper placidis I A C O B O assiliet auris,
Dum *Thamisi* ripas, & pascua grata *Cañœnisi*
Ille rudex teneat; conjux ubi blanda *Favonii*,
Inter diffusas per candida colla *Napeas*
Cæsariem flavum, blandum spirantibus instar.
Floribus: & vario depingit prata colore.
Hic vellet miti *Zephyrus* stabularier antro,
Siqua fides verbis; & se putat esse beatum
Si quando *Anaria* licuit discedere campis:
Conjugis ut fusus gremio, viridiania Tempe
Inter, & æternos *Thamisi* ruris honores
Inspiret molles animas; blandumque I A C O B O
Murmuret, & dulci ludat circum ora susurro.
Sic zephyri levis aura adsit, sive effusa pictis
Conscendat formosa jugis, sive ire per altum
Et tentare fretum ratibus quandoque placebit.
Turgida sic toto discedant flamina coelo;
Nubilaque horrendo terram obfuscantia amictu;
Sic quicquid nimio vel adurit prata calore,
Frigore vel tristi surgentes deterit herbas,
Exul eat: *Scythia* gelidis fese occulat oris
Tristis hyems: *Lybia*que procul deserta peragret
Æstus, & insani positos sub sidere *Cancri*.
Sic, ô Magne parens, cuius tremefacta verendo
Iudicis à vultu, quum justam accenderis iram,
Subsidit Tellus; quem nil, quod jam est, fuitve;
Vel quod erit quandoque, latet; qui cuncta tenore
Perpetuo stabilita regis; Regum altior omni
Imperio solus; qui sceptra, deculque *Tiaræ*
Regibus, & magnum præ aliis largiris honorem;
Ut te unum agnoscant Dominum; patrique benigno
Supplicibus votis, & mentis thure litantes,
Iura tuis populis ulla sine fraude ministrent;
Sic, ô Magne parens, famulum dignare favore
Usque tuo: sceptrumque bea: reducisque, ut euntis,

B

Ostendas

IO TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Ostendas populo felicia Principis ora.
His certò immensum nutu qui temperat orbem
Annuerit; hæc rata vota dabit. Tu dirige tutos
Saxonidum in terras constanti tramite gressus;
Usque tamen patriæ memor, ô R e x optime, amatæ.
Iamque vale, Lachrymis in moesta cadentibus ora,
Plura loqui gemitus vetat, & dolor altus, in imo
Pectore suppressus; qui dum se non capit ipsum,
Nec questus capit ipse suos; confusus, & unum hoc,
Dum graviora parat, magno de vulnere anhelat;
Phœbe vale, lux alma vale, radiate vale Sol.

IOANNES LEOCHÆUS.

LESSVS MVSARVM
IN REGIS REGESSV IN ANGLIAM.

MUÆ modò gaudebat Musarum lœta corona,
Tristis in adversâ lumina figit humo.
Nec solito clangore canunt, pia turba, Poëtæ;
Nuper ut in nostris concinuere plagis.
In luctum & lachrymas, in tristia carmina vertit
Phœbus, & è fronte florea ferta cadunt.
Nuper pimpleio cortina sonabat ab antro;
Nuper & argutos plecta dedere modos:
Nuper *Apollineâ* subnectens fronde capillos,
Sidera pulsabat vertice sacra cohors;
Dum celebrant reducem te, quo decet ore, tuasque
Laudes, pieriâ dulcè sonante tubâ.
Felix illa dies, niveoque notanda lapillo;
Hei mihi quâm dispar nunc venit ista dies;
Quâ *Phabi* delubra silent, jacet æger *Arion*,
Orpheus in latebras, Arcas ad antra fugit;
Muta chelys, tacitæque lyræ, surdæque Sorores,
Et concreta gelu castalis unda riget.
Iam ponunt Vates lemniscos atque corymbos;
Pro lauro cingit tempora taxus iners.
Lœta decent lœtos ea splendida signa Poëtas,
Convenit hæc nostro moesta corona stylo.
Tandem, eluctati languenti è pectore carmen,
Cooperunt tenui sic simul ore queri.
Cultor & antistes, Princeps doctissime Vatum,
Quique foves doctos, doctor ipse, viros.

Quem

TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ. II

Quem non penituit studiorum & nobilis ori,
Nympharumque choros, & pia castra sequi.
Siccine, ut invisas, vacuas relinquis athenas,
Gloria Musarum, pieridumque decus?
Excessere una comites te cum duce Musæ,
Diffluxere omnes Bellerophontis aquæ.
Quò te cunque feras, quoquò vestigia veitas,
Se Socium placitæ jungit Apollo viæ.
Migrantes sacro moesta Lebethrides antro,
Nunc sumptis alis corripuere viam.
Quàm malè fraudatur tantis tua *Scotia* donis,
ANGLIA ut exultet numine lœta tuo!
Anxia moestorum fuit hæc querimonia vatum:
Fletibus excitæ condoluere Deæ.
Prima *Minerva* dolens lachrymis venit obvia nostris
Sindone cum pullâ, Gorgonis ora tegens.
Clio tristè canens humectat flumine vultus;
Et lacerat teneras *Calliopeia* genas.
Lesboüm renuit *Polyhymnia* tendere plectrum;
Et cohibet tacitam moesta *Thalia* chelyn.
Multæ gemens *Erato* suetos ad tympana saltus
Improbat, & fidibus jam negat esse locum.
Suaviloquos calamos *Euterpe* fletibus implet;
Melpomene tragicè tristia fata gemit.
Vrania hinc clamat; plorat quoque *Terpsichor* illinc;
Illa comam digitis appetit, ista genas.
Discordi stridens auditur *Nenia* chordâ,
Tristis & abjectâ luget *Apollo* lyrâ.
Nunc fugit, & tenues cedit chörus omnis in auras;
Pellit & ad luctus aëra, pellit aquas.
Sic aër luxit consumptis undique nimbis,
Vt jam, quas plueret, non reperiret aquas.
Flumina sic flerunt, ut quâ modo lembus adibat;
Currit inoffensis sicca quadriga rotis.
Sed longè ante omnes luget tua patria tellus,
Atque suum meritò plangit abesse patrem.
Spe fraudata suâ, & propriâ tua *Scotia* Rege.
Principis erepti publica damna dolet.
Scilicet, ut puppis sine remige, currus habenis,
Orba viro conjunx, matre puerilla, gemit.
Cur tua subducis miseris pereuntibus ora,
Eheu non iterum fortè videnda tuis?
Fluctibus in mediis navem, *Palinure*, telenquis,
Deseris & medio turgida vela mari.
O patria, ô divum domus, ô celeberrima quondam
Ora caledoniæ defita, moesta jaces!
Hoc tibi solamen misera sed denique restat,
ANGLIA quod Regi est subdita facta tuo.

Nec

B 2

12 ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Nec mirum pardos tandem parere Leoni,
Debent qui Dominum noscere jure suum.
Vicimus ergo pares, vici sine clade vicissim,
Et ferimus parili conditione jugum.
Obsequisque pares ita teque tuumque tribunal
En colimus, neuter cedat ut officio.
Fortunati ambo, nisi quod splendore beabit
Vultus sacra tui rarioz aura tuos.
Reddiderat Patria dudum te sera voluptas,
Vixque tuis visum *Saxinis* ora trahit.
Quam decus omne tuis, tam nunc dolor omnibus absens;
Ni placet alternas ire redire vias,
Ut desiderium vultus, quo pectora tabent;
Certa revertendi spes recreare queat.
Exoritur clamor te decadente tuorum,
Et vox adversis rupibus icta redit.
Multæ senex miceret, juvenis, puer, omnis & ætas,
Et feriunt palmis sexus uterque finis.
Tempa, urbes, arces, resonant & atria planctu:
Pulsa sonant mediæ pectora mœsta viâ.
Flemus & in longas suspiria ducimus horas,
Et vox tristitia testis ad astra volat.
Impediunt lachrymæ cœbris singultibus ora;
Vix valet extreum dicere lingua *Vale-*
Oscula & amplexus dulcis abruperit *Anglus*;
Et sacro haud liceat amplius ore frui:
Non feret ulla dies tamen ut mutemur in ævum,
Quin vetus in fido pectore perfest amor;
Quin te visceribus fixum, charissime, nostris
Mens bona semper amet, te bene-fida colat.
Neve putes, longa quanvis regione remotus
Absis, nos curam ponere posse tui.
Ante canem lepores, & amabit capra leones,
Ibit apro vulpes, & comes agna lupo,
Et sine lite loquax rigido cum conjugé concors;
Tetrica cum victo sponsa sedebit anus;
Garrula conveniet cum *Palladi* alite cornix;
Accipiter turdo fidus amicus erit;
Pendebunt summâ pandi delphines ab ulmo;
Vomere cœruleas taurus arbit aquas;
Pbæbus ab occasu currus convertet in ortum;
In caput acta siuum versa récurret aqua;
Parasis occiduo citius cadet *Vrsa* profundo;
In chaos antiquum terra fretumque ruet;
Quam nos immemores capiant obliquia yestri,
Deficiatve ullo tempore noster amor.

GUALTERUS BANNATINUS.

ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.


13



CHARITVM ABREDONENSIVM
PROPE MPTICON
Regiae Majestati extremis
Scotiæ finibus excedenti.

AD CALLIOOPEN

PRÆLÖQVIVM POETAE.



U id me tenacem proposuit vocas
Ad antra russum (CALLIOPE) sacra,
Ardentiori que creatis
Calo animis reserant sorores?

Non que fatigent me salebrae vides,
Quis tortuosi callis inhorruit
Anfractus ad Pindi vireta
Ambiguo sinuosa flexu?

Nec quæ jacentis robora pectoris
Devixa rerum pondera pregravent,
Hinc Regiæ ex alto corona,
Hinc Equitum rutilante turmæ

Splendore quorum luminis intimi
Caligat omnis sic acies, velut
A luce, cum Austrinis ab undis
Sol radiat propiore flammæ.

Ergo obstinato pectore barbiton
Sacro Camænis poste refixeram,
Sen Doriæ, Lydâve jaætæ,
Sen Phrygiæ melos arte fusum.

Verum, en! fugacem mox retrahis Patrum
Me voce, quorum consiliis viget
Devana, dum eternis recondunt
Grati animi nova signa fastis.

B 3

Quocirca

14 ΤΑΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

*Quocirca amēnos pande Heleconii
Collis recessūs carmina Patribus ;
Ut digna fundam mente dio
Ambrosiae riguā liquore.*

*Vel, fastuosē si renuis, lege.
Tendat supremis qui gradibus chelyn
Pro re sonaram ; sic & ultrā
Nec Superūm numeri quid ausi.*

DAVID WEDDERBURNUS
Abredonensis.



PROPEMPTICON
CHARITVM ABREDONENSIVM.

SISTE rotas, currūs serventes fiste : querelis,
Et lachrymis impende moram, quas fundere moeror
Rege abeunte jubet ; brevis hæc modò, poscere fas sit.
Vosque Deæ, aurigæ Regis, fluitantia lora,
Et volucres inhibete axes : anne hostica tellus
Quæ vobis linquenda ? sui dulcedine Regem.
Patria nec mulcit solitâ, nec cura suorum ?
Nec lachrymæ miseris confusæ questibus udæ?
Sed si certa animo Regi sententia sedit,
Natali remeare solo, felicibus oro
Auspiciis pergit, cedens felicibus arvis.
Ait unum sine fraude mihi fas poscere Regem ;
Dum properat, lentus properet, spatiumque loquaci
Vel modicum nostro velit indulgere dolori.
Hæc ubi Præcursor, referunt sua lumina Divæ.
Primaque RELLIGIO, quam Mystæ, & plallere docti
Circundant, horum vox aurea missa per astra.

Innumerous

15 ΤΑΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Innumerous numeros, & non imitabile carmen
Sic ciet, ut Philomela homini prius æmula, cedat:
Threiciumque sui pudeat, se judice, vatem.
In Patriam hinc P I E T A sequitur, quæ candida tota
Dum præt, & molli flexu moderatur habenas,
Visque Caledonios peramicō lumine fines
Reficit: at comitem lentam PRUDENTIA lentè
Increpat, atque ultrō quanto via longa labore
Corripienda monet: sequitur CONSTANTI A, Diva
Quam fovet amplexu superis ASTRAEA relictis.
Æquior hæc votis sicut revocatque forores.

Interea accurrunt CHARITES, veneranda propago;
Eunomiâ prognata olim, par omnibus artas,
Par species; AGLAIA, THALIAQUE, lætitiaque
EUPHROSYNE mater priùs, at nunc tristior axem
Prona petit, supplexque humili sic voce profatur.
Ergone abis Regum flos unice ? nec tua spectas
Gaudia, ut has oras tecum fugitiva relinquant ?
Aut hæc nostra quibus permutes finibus arva ?
Gens armis, opibusque potens adeunda, fatemur;
Et quam temperiè cœli, quamque ore diserto,
Quam specie angelicâ melior Natura beatit.
At non illa tibi prima incunabula, lucis
Non primæ usuram, primos non aëris haustus
Coutulit. Has laudes terra hæc sibi vendicat una.
Et tamen hanc linquens illam tibi deligis unam.
Ergo suum sylvis Aquilo minitatur honorem
Decutere, & Dryadum nemora inter frondea scenis
Illuvies, nec Pastorum pœana canentum
Naiades sociæ, (per te Pastoribus etiæ
Uberior solito merces) pecudesque suæ
Luxuriare priùs, mutæ, mutæque volucres,
Aethera quæ liquido cantu mulcere, potitæ
Dum te Rege suo: zephyri non aura susurris,
Non strepitu rivi, non flumina murmur gaudent.
Quin etiam fama est Nymphas sub rupe jacentes
Non vitreo undarum notos sub marmore lusus
Fingere, vel saturare hyali sua pensa colore:
Sed desiderio lento tabescere, & usque
Te veniente die, te decadente vocare.
Pastum aversati cervi, damæque fugaces
Lucem aversatae, folis procul in dumetis
Vitam ægramque inopemque trahunt: licet immemor artis
Delia tela, tot & comites, seque abdat in antris:
Nam neque jam cordi comites, neque tela, recessus
Te nemorum linquente sacros, & amena vireta.
Quin, ne ipsum luctus exsors coelum, ecce repente
Scotorum jam adversus equos Sol junxit ab oris,

B 4

Conditus

16 TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Conditus in nubem, & Lybiæ devexus in austros;
 Sol comes inde tui accessus, comes inde recursus.
 Sic obstricta tibi est cœlestia cernere signa!
 Quæque Vrbes nuper latae nova carmina Regi
 Præsentí cecinere tibi, plausuque frementes
 Indulgere choris, epulis & ubique paratis
 Regifico luxu, fociorum affluescere mensis
 Queisque voluptati socios, queis numina testes
 Affectus (qualis tandem genitore reducto
 Distinuere diu quem trans maris æquora venti,
 Pertentat natorum animos, parvosque nepotes)
 Nunc vice (ut haud unquam constant sibi gaudia!) versâ
 Et tecum eruptis Musis se solvere luctu
 Heu nequeunt. Talis tanti est præsentia Regis!
 Haec tenus: & lachrymis in moesta cadentibus ora
 Cætera non potuit: subit hinc AGLAIA serenâ
 Fronte magis, niveas atque interfusa papillas
 Gratia lætitiam lachrymis immiscet amaris.
 Hæc autem. Hunc Vrbes presserunt corde dolorem
 Scotia quotquot habet: non has sibi conscia virtus,
 Non fœcunda virum tellus, non atria culta
 Splendida regali flectunt. Tu quippe Camoenis
 (Vnde tuis fluxit numeris non publica vena)
 Dum comitatus abis, Rex Maxime, pangere carmen
 Heu meritum nequeunt, memoresque expendere grates,
 Quas Tibi, quasque choro Procerum, Comitumque tuorum,
 Angligenisque, tuis Satrapis, tua Scotia debet.
 Luget Edinburgum hoc regni caput: hoc Iaodunum
 Cœligenum donum: Sterlinum: Glascua: Fanum
 Andraæ, Aonidum columen, Sophiæque palestra.
 At tam supra alias Abredonia moesta sorores,
 Illa tuum quām supra alias persenxit amorem:
 Quem si non jaætet, jaceat jam ingloria, & omni
 Parta tot hospitiis officiis laus concedat ævo.
 Nam Ptolemai eti D B V A N A Abredonia sæculo
 Dicta olim (Dea Deva velut) se mille per annos
 Quingentosque stetisse probârit, mille per annos
 Quingentosque tamen majora haud munera naæta est.
 Hujus enim ille alter tu Conditor; utque Camillus
 Romæ, sic nostræ renovas fundamina sedis
 Prima, tuo summo tibi suffragrante senatu.
 Nec satis hoc, isti sed dum præludis amori,
 Illustres hue missi Equites; sic se ore ferentes,
 Ut qui non ullis veterum virtute secundi.
 Scilicet his placuit BONA FIC CONCORDIA (nostræ
 Lemma urbis) nostris adscripti ut civibus omen
 Firment, jam leges fatorum poscere, Gentem
 Vtraque ut auspiciis Gens his coalescat in unam.

Ergo

17 TA TΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Ergo suo donec volventur fidera lapsu,
 Dumque mari fluctus, dum littora fluctibus, alti
 Littoribus scopuli, scopulis impervia tesqua;
 Hic semper durabit amor, CONCORDIA & ista
 Nostra perennabit stabilis, stabilique recondet
 Pectore vos Equites, fortissima pectora, nostro.
 Tuque GERARDE tuo Regi quām proximus, iste
 Tam te amor excipiet propius, teque inclyte ZURCHI;
 Æquant quem Proavum tot stemmata Cœlitibus Dis,
 PENDRUCKOQUE fides, & fallere dextra GORINO
 Nescia constabit, sua LEIDO & gratia, cuius
 In partem THEOBALDE vénis cognomine GORGIA.
 Huc ades Ô SPENCERE animi pars intima nostri,
 Et KNIGHTLY, quem nulla dies aboleverit altis
 Pectoris ex adytis, STEPHANO quæ pandimus, atque
 RAYO, & CATVLEO, tum FRIËNDO, HILLOQUE; tibique
 O nostræ CAMERARI Urbis laus celsa, sagaci
 VOLPIO, & omnigenum species queis magnus Apollo
 Herbarum, medicasque dedit pernoscere vires.
 Exacta ô divum vobis scum tempora! quali
 Aurea perpetuo fluxerunt sæcla tenore.
 Namque, ut nos hilares solida inter gaudia noctes
 Egerimus, testes vestro hoc clamore secundo
 Quæ fremuere viæ, BONACORD, Abredonia testis;
 Testes tot choreæ Bacchi inter pocula latae;
 Pocula, Edinburgi tot convivalia vestro
 — nostræ Urbi, nostræ toties exhausta saluti:
 MENESIOQUE EQUITI, toties cui splendor avitus
 MENESIDUM, & meriti tribuit jam gloria fasces
 Consulis, indigenum missos ab origine patrum.
 Macete animi Salomon alter! quām prodis amorei
 Tu leatos mittendo Equites Aquilonis ad oras,
 Tam vim judicii & mentis regalis, honores
 Accumulando istis, quos tractus nubium in altos
 Evehit incoetum generoso pectus honesto.
 Hæc AGLAIA: Preces superaddit tertia, curru
 Iam fugiente: dies namque inclinabat Iberi
 Gurgitis ad metas; oculis tamen illa sequuta
 (Dum licuit) currum, cupidæque faventia menti
 Longius affuetio cernebant lumina, vota hæc
 Dum geminat, tenditque manus cum voce supinas.
 Vos arva, atque metus mihi conscia flumina, Regi
 Siqua secunda meo, vestros sic usque colonos
 Sospitet alma Ceres: undasque recludere dulces
 Sic aveant Nymphæ, nitido ac argenteus ore
 Fons saliat, vivus scatebrisque perennibus auctus;
 Finibus incoludem hunc Tamisiniis reddite, Regni
 Delicias triplicis: quibus an quid majus ab arce

C

Sol

18 ΤΑ ΤΩΝ ΜΟΥΣΩΝ ΕΞΟΔΙΑ.

Sol videt æthereâ ? gremio vel dædala tellus
 Concipit Oceani réfluis quâ cingitur undis.
 Vosque hui cohibete animos , irasque minaces ;
 Turbida ne valeant effundere nubila vires.
 Sibilet aura tamen levior, quæ Regis ad aures
 Mollius ista ferat : Regis tenet A N G L I A corpus,
 Quin animumque : sed usque animi hujus S c o t i a pars sit:
 Dixerat. Aurigæ torto insonuere flagello :
 Luminis interea ; frænis per aperta, solutis
 Æquora, præcipitans aciem: jam effugerat axis.

BON-ACCORD.

F I N I S.

